JAHRESBERICHT

DES

STADTGYMNASIUMS ZU HALLE AS.

VON OSTERN 1884 BIS OSTERN 1885.

SIEBZEHNTER JAHRGANG.

IM NAMEN DES LEHRERCOLLEGIUMS

HERAUSGEGEBEN

· VON

Prof. Dr. OTTO NASEMANN, Director des Gymnasiums.

Inhalt:

- 1. Electa e Ciris commentariis von Professor Dr. Rob. Unger.
- 2. Schulnachrichten vom Director.

HALLE A/S., 1885.


Druck der Heynemannschen Buchdruckerei.

(J. Fricke & F. Beyer).



1885. Progr. Nr. 213.







Electa e Ciris commentariis.

Ciris v. 5-11.

Dum mea cura, Eratosthenicum sibi quaerere carmen Longe aliud studium atque alios accincta labores, Altius ad magni suspensa it sidera mundi, Ut placitum paucis ausa est adscendere collem:
Non tamen absistam coeptum detexere munus, In quo Cyrenes utinam requiescere musas Et leviter blandum liceat seponere morem.

Explicatio siglorum: A = codex Adalbertinus. Ar = Arundelianus. H = Helmstadiensis. L = Vaticanus. R = Rchdigeranus. $\epsilon = \text{Basileensis}$. $\alpha = \text{edd}$. Aldin. N = nostrae emendationes.

V. 5. Tum mea queret eo dignum sibi Hα. Tum ea quaeret eo dignum sibi RAr. quum ea A. Tu mea quaeret eo Le. Non me ea curat eo dignum se cudere carmen vet. ed. P. Leopardi ap. Nic. Loens. Epiphyll. VIII. 23. Num mea quaerat — carmen? Burm. Heyn. Jahn. Num me quaeret ea dignum? sibi quaerere carmen? Green. Numina quae retro dignum Swart. Musa quoque Actaeo dignum vel Musaque Erechtheo vel Arateo sene Turneb. Nec mea quit Erato dignum se Scalig. Barth. Stat. Silv. I. 2, 40 p. 55. Nec mea quit ratio id. Barth. Silv. IV. 7, 2 p. 406 ("melius fortasse nos in recensione altera ratio rescribimus"), quod Hauptii inventum esse referunt Ribbeckius Baehrensiusque et qui egregie hoc scriptum esse ait Schwabius in Cir. carm. Observatt. P. I p. 5 (scilicet fretus imitatione Catulli 65, 3: nec potis est"). Dum mea fert ratio Hertz. Jamque mea ratione indignumst Ribbeck. Nunc mea fert Erato dignum tibi Heins. Musa tamen curat dignum te Jacobs. Num queam Arateo Hertzberg. in Interpret. p. 75. Nec mens quaeret eo dignum sibi Puetz. adn. ad Virg. Cir. p. 6. Tum mens curet eo Keil. Obss. Crit. in Prop. p. 13. Tum mens quaeret eo — promere carmen Bachrens. Ann. Fleckeis. 1874 p. 774, inde in sua edit. Dum mea cura, Eratosthenicum N. Quid Heynius? malim, inquit, resecare totum versum 5 — et conjungere verba sic: umbra Mensque aliud, et si dicendum est, quod sentio, omnes hos versus 5—8 ab altera manu intextos esse suspicor". — V. 7. suspendit RHArα Livinej. Barth. Grat. Cyn. 9 p. 12. Burm. Jahn. suspensi Le. subtendit Scalig. Ribb. suspendi vel se tendit Heins. suspexit Schrad. Jacobs. Heyn. Sillig. Haupt. Schwab. p. 7. Baehr. suspensa it N. — V. 8. Et omnes. Ut N. placidum RArα. licitum Sillig. Nec facilem multis vet. ed. Leopardi. multis ALAr m. sec. ɛ. callem Heins. — V. 10 in quae RAr m. sec. jure meas omnes. rure Heins. rite Schrad. Cyrenes N. — V. 11 leniter RA. leniter et blandum Heins, de ponere omnes, se ponere N. morem cum omnes tum Schwab, p. 7. amorem vet. ed. ap. Nicol. Loens. Barth. Adv. X. 12. Heins, Graev. Schrad. Baehr. honorem V. D. ap. Schrad. Em. p. 64.

Sententiarum ordinem hunc esse: hortulus Cecropius viridi florentis sophiae umbra me complectitur, dum mea cura nimirum jam longe alios atque antea, quum vulgi praemia affectarem, accincta labores, quibus carmen, quale Eratosthenes condidit, consectarer, altius, postquam collem



di

si

paucis placitum adscendere ansus sum, ad mundi sidera evolavit" dixi in Jota ter accus. (Progr. Friedl. 1861) I p. 3. Eratosthenis autem nomen vere conjectatum esse declarant versus cum 40. 92 sq. 534, quos non dubios curae Eratosthenicae indices suo quemque loco emendabimus atque explanabimus, tum 7 seq. et 10, de quibus jam subtilius disserendum est. Et iis quidem interpretibus, qui verba leviter blandum liceat deponere morem ad Catulli exemplum 76, 13: Difficile est longum subito deponere amorem" expressa esse statuerunt, paulo rectius post Heynium (hac certe explicatione defunctum: blandum morem, non male dictum putes de studio poetico, cui indulget -: hoc carmine utinam liceat finire labores meos poeticos, forte ut totum se philosophiae addicat") sensit Silligius, ut tamen plura incautius ac parum explorate proferret. Qui "jure, inquit, cur addat, causa non latet: promiserat enim carmen aliquod poeta Messallae, quod nisi conscripsisset, studium poeticum male omisisset", quasi vero is studium poeticum omnino omittendi consilium inisse censeri possit, qui totus esset in moliendo carmine longe gravissimo (v. 5). Nec ponderis quidquam habet, quod idem subjungit: Requiescere Musas explicuit, ut par fuit, Jacobus ad Prop. p. 164: utinam mihi concessum sit, ut mores meos deponam et Musae requiescant"; namque aliud est requiescere, aliud sopire ac tollere poeticum studium, ut hoc manifesto appareat meas Musas ipsas eas dici, quas modo (v. 3 sq.) memoratas videmus mansuetiores et sedatiores ac forensibus sive agrestioribus (Manut. Cic. Fam. I. 9, 67 p. 93. Cort. p. 52) contrarias, atque adeo hoc percipiamus: jus quaerendi requiem gravissimi operis eum demum habere, qui munus Messallae promissum judicetur digne absolvere ac laudabiliter. Et hac quidem ratione de hoc loco probabiliter expedivisse nobis videbamur, quum Ciris prooemium Progr. Hal. 1881 ederemus: postquam edidimus, magna dubitatio incidit justosne vox meas haberet veri numeros. Quae vox nec satis definite distincteque posita est adversus proxima: leviter blandum morem et, id quod etiam plus valet, absurde ejus musae requiescere dicuntur, qui nunc ipsum in carmine duri generis (v. 45 sq.) cum maxima cura absolvendo versetur et vel omissis reliquis studiis ad tempus acquiescat. Accedit ipsa vocis jure obscuritas ne accessita quidem ac prope nimia, quam supra adhibuimus, interpretandi arte aegre discussa. Quid plura argumentemur? Certis vestigiis jam deprehendisse videmur nomen librariorum levitate obrutum, quod sententiae versus 5 a nobis restitutae egregie suffragetur. Hoc enim satis dilucet in duo haec: jure meas prave detortum id esse, quod ante fuerat cureneas, Curenes: nam invenimus et Cyrenes nomen sic consignatum apud Lucanum IX. 297 in Vratist. 5 Curenearum, in Vratist. 7 Curenarum (ut Suria, Subaris Column. Enn. p. 113. Laruna Periz. Pompon. Mel. I. 16, 10 p. 235 Misc. Obss. VIII. Ludi Schneid. Varr. R. R. III. 17, 4 p. 588. murra, ut in Cinnae commentariis fr. IV dicetur, alia multa) et permixta vocabula cura et jura apud Claudianum B. Get. 535: mihi tradita jura. Jun. Petav. Voss. cura. Ruf. II. 495 jura Thuan. cura Vatic. 4. (cf. concurrat: conjurat Burm. Ruf. I. 294 p. 56.) Virgilium Aen. VII. 365 cura. Parrh. Ven. jura. Aratorem I. 552: jura ministerii. Pulm. Antverp. cura. in Culic. v. 379 (cf. adnot. Cir. v. 140 not.) juris. codd. curis et in iis locis, in quibus pro incuria injuriam insedisse infra v. 159 comprobabimus; Cyrenaeum autem poetam proprie dici Eratosthenem docuit O. Schneiderus Callimach. fr. 189 p. 443. Contra id nomen vix dubitari potest quin in Eleg. ad Messall. v. 61 perperam retinuerit Bachrensius (Fleckeis. Ann. 1881 p. 409 et in edit.), nos permutatarum vocum myrrha et cirina memores adnot. Stat. Ecl. Ult. 14 p. 25 probabiliter in myricas converterimus locum illum, ut alias dicemus, in hanc sententiam reficere ingressi: Nosse ea, quae tecum finxerunt carmina



divi -, Sit Latio haud spernenti humiles adamare myricas". Ergo Eratosthenici sive Cyrenaei carminis molimini et ad vires attriti ingenii reparandas et ad honorem Messallae adjuvandum poeta interponit epyllium sive exordia, ut adnot. v. 47 explicabimus, quoquo modo connexa simul hoc profitens ad tempus a se seponi curam illius levioris generis "quo interdum ludere" consueverit v. 19 sq. Ac duo supersunt indicia ejus erroris, quo qui "finitos labores poeticos" attulerunt, ducuntur: alterum hoc, quod interdum licere sibi molliori generi vacare scribit poeta v. 20, non scribit sibi licuisse, alterum illud, quod usurpatam vocem et invenimus: Et blandum - ponere morem". Unde oportet loco moveri istud de ponere sic positum, ut a Catullo l. d. 13. 25. Horatio Ep. I. 1, 35: morbi deponere partem. Manilio II. 875: Quid juvat in semet sua per convicia ferri — Quosque dedit natura oculos deponere mentis?", id, quod propius et adjunctius sit verbo requiescendi: seponere, subrogari incepto sanequam proclivi quum apud Lucanum V. 723: se ponere tutum Conjugii decrevit onus" in Berol. extet de ponere. II. 29: cultus matrona priores De posuit" in Barberino se posuit, ut Ovid. Fast. I. 643 se cesserat. Arund. de cesserat. IV. 385 se ducimur. cod. Merk. de ducimur. Cort. Lucan. V. 77 p. 575. Itaque ut rerum, quas jam exquisimus, summam quam brevissime conficiamus atque exponamus, hoc poeta precatur: per ipsius Messallae indulgentiam (cf. adnot. v. 12) contingat mihi, ut intermisso paulisper magno severae Musae opere, quod ad summam doctrinae arcem tendat, sepositoque, cui interdum vacavi, blando elegos scribendi more epici sive duri poe-

matii officium exsequar.

gr.

us

m

m

es

te

te

m

ie

r,

it

a

a

i

Jam vero, ne quid praetermissum putes, faciendum est, ut singulorum, quae agnovimus, verborum usus explanetur et comprobetur. Et primum quidem illud: Cyrenes musas reprehensione carere testes sunt ii, apud quos legi Smyrnae volumen, Ascrae carmina, Gargetti carmina docuimus Anal. Prop. VI p. 38; quod quidem genus alio loco subtilius definiemus et illustrabimus parum adhuc a doctis hominibus exploratum, si quidem Silii verba XIII. 494: gravida arcanis Cymes anus" Heinsius Drakenborchiusque p. 668 in vitii suspicionem adduxerunt immemores Valerii Flacci IV. 407 Erebi virgo. Senecae Med. 350 virgo Pelori. Statii Theb. XII. 181 Rhodopes nurus. Sidonii Apollin. IX. 213 puella Lesbi, quibus aliud exemplum infra v. 200 adjiciemus; a scriptore Eleg. ad Messall. 20: carmina — Qualia Trinacriae doctus amat juvenis" nemo adhuc perspexit Daphnidem memorari bucolici generis inventorem; a Callimacho Del. 81: Έλιχῶνος ἐμαὶ θεαὶ, εἴπατε Μοῦσαι Heliconides Musas dici Έλιχῶνος Μούσας, postquam Meinekius Diatr. p. 186 pernegavit, Schneiderus Excurs. p. 273 ait (nulla idoneorum exemplorum contentione facta atque adeo ejus generis locis omissis, de quo sunt Virg. Aen. VIII. 31: deus ipse loci. Georg. I. 29 maris deus. Ovid. Am. III. 2, 38 maris deae cf. Fast. III. 833 carminis dea. IV. 945 florum. Lucan. VI. 513 dei Erebi. V. 88 coeli cf. X. 159 Aegypti. Grat. Cyn. 135: nemorum-deae) nimirum hoc non assoquutus Callimachum interposita hac professione: Heliconis deae meae deae sunt" gradum facere ad ipsas Musas proprio nomine compellandas: Έλικωνος έμαι θεαί· είπατε, Μονσαι, quo loquendi modo usus est Phanias Anth. Pal. VI. 299: Τοῖσιν άδοι καὶ Κύπρις, ἐμὰ θεός, quem memorare fugit Schneiderum p. 273 cf. Nonn. XXIV. 283: ἐμοῦ Διός. XXXVIII. 267. Parrhas. Quaes. per Epist. 35. Salm. Vopisc. Tac. 12 p. 618. Ruhnk. Ovid. Her. II. 126 p. 17. Adnot. Cir. v. 241 cf. Cic. Attic. IV. 16: deus ille noster, Plato". Deinde Cyrenes Musas sive Eratosthenis carmina — similia enim legimus Epigr. Anth. Pal. Append. 115, 1 (Theb. Parad. I. 3 p. 48): 'Αμφίων μούσαις κιθάρης ἔσιησ' ἐπὶ Θήβης Τείχεα et, ut Propertii versum II. 25, 3, 1*



B

m

C:

qui sic scriptus: Tu Latiis Meropem Musis imitere Philetam" cum aliis tum Hauptio et Schneidero Callimach. fr. p. 41 placuit, praeteream jam ad sententiae vim expressius Anal. Prop. p. 39 (memorem lusus — Philetam) correctum, Cic. Fin. V. 18, 49: avido variis satiatus pectore Musis" cf. Sen. Agam. 330: lusus cum docta tuos Musa recusat". Claudian. Pr. C. Stil. II. 171 codd. Delr. Burm. p. 873: Amphiona — Aonias meditantem carmine Musas". Forbig. Virg. Ecl. I. 2 — Musas igitur requiescere scriptor eodem modo dicitur, quo infra v. 233 ventus cursum suum aliaque ab aliis, quos afferemus Explic. Calvi fr. VI. Tum videndum est de verbis leviter blandum, quae per se ipsa vehementissime repugnant contra rationem amorem hic mori praeferentium; quod qui vidit Silligius causae suae parum satisfecit haec argumentatus: leviter jure retinetur: etenim in universum res poetica opponitur studio philosophiae et quum ex versu 20 sciamus poetam maxime elegis conscribendis indulsisse, leviter prae omnibus aliis vox est huic loco aptissima, utpote quum elegi proprie dicantur leves v. Sant. Terent. Maur. p. 318. Vult igitur poeta hoc carmen heroicum omnibus lusibus suis poeticis, blando mori, finem imponere". Cum enim haec legamus apud Plinium N. H. XXXVII. 9, 40: fundit aspectum leviter blandum usque in oculos ut carbunculi vibrantem". 5, 18 smaragdi — acriter virides. XXV. 9, 70: odore suaviter gravi. XVIII. 34, 77: ventus leniter pluvius. Caes. B. G. VII. 19, 1: collis leniter ab infimo adclivis", insolentius tamen poeta leviter blandum dixit eum elegorum morem, qui argumenti levitate blandiretur, quemadmodum ipsum hoc epyllium, si Messallae probaretur, licuit appellare argumenti vel numerorum (Ovid. Am. I. 1, 1. Sen. Agam. 332) gravitate blandiens. Denique hoc jam tandem indicandum est illa: utinam liceat spectare ad ipsius Messallae voluntatem atque indulgentiam, qui ipse praecipuus levis generis auctor queat operae a Ciris scriptore intermissae quasi quidam vicarius succedere. Cujus sententiae firmamentum videtur positum esse in voce nondum satis a quoquam explicata: Quodsi (v. 12). Sic enim se res habet, ut Messallam bucolicis carminibus graece scriptis multum laudis meruisse, scriptorem elegiae ad Messall. in latinam consuetudinem ea transferre coepisse affirmemus (Eleg. ad Messall. 13 sqq. 59 sqq. Valg. p. 304, 323), verbis antem his: blandum seponere morem. Quodsi mitificum genus Aoniae exseris artis Martigenum sedi, modo sit tibi velle libido" hanc subesse statuamus hortationem, ut "juvenis doctissimus" carmina "cum lingua tum sale Cecropio" componere absistat, ipse incipiat latine loqui. Ergo hic nascitur sententiarum ordo: seposito levi genere coeptum munus detexam. Quod cum ita sit, quum elegis scribendis et eclogis tuis interpretandis non vacem, si tu Romanis expromis carmina patrio sermone condita, ego, si mea jam prudentia summas arces prenderet quattuor Actaeis heredibus addita consors, te tam praestantem munere tam tenui atque inchoato non venerarer. Namque hoc vovi: quamvis id dumtaxat mihi liceat et integrum sit, ut interdum ludam et gracilem molli pede versum flectam, tamen sat magna intexam, si fas est dicere, tali peplo, qualis Athenis Minervae portatur". Postremo reddenda sunt, quae paene praeterii. De eo enim vitii, quod in v. 7 delitescere facile apparet, genere satis dictum est in Em. Hor. p. 33 sqq., suspensa it antem fere idem sibi velle atque altius evolat (Cic. de Orat. II. 52, 209. Ep. Fam. I. 7, 9) docent Silius XII. 94: Suspensum hic librans media inter nubila corpus Enavit". Statius Theb. III. 463: Nubila suspenso celerem temerasse volatu". Claudianus Idyll. I. 70. IV C. Hon. 543. Coripp. Jo. V. 288: Aëra per calidum tranat suspensa volucris". Alcim. Avit. IV. p. 397. A. v. 182: Cum suspensa leves transmitteret orbita ventos. Prop. I. 21, 7: suspensis — plumis" cf. Cyprian. Genes. p. 295 B,

atque Valerius Flaccus VI. 527: qualis roseis it Lucifer alis Horatiusque (nisi fallimur Anal. Hor. p. 15. Hal. Progr. 1877) Carm. IV. 2, 2: Ire ceratis - Nititur pennis". Quocum insigniter congruit, quod a Manilio dictum est II. 765: Sic mihi per totum volitanti carmine mundum Erutaque abstrusa penitus caligine fata Pieridum numeris etiam modulata canenti", ipsum non omnino dissimile Statii exemplo: ire per omnem — heroa" Barth. Achill. I. 5 p. 1583, quum usitate loquatur Avienus Arat. Phaen. 73: Jam placet in superum visus sustollere coelum Atque oculis reserare viam per sidera"; nam mea cura sic positum est, ut in iis locis, quos attulimus Stat. Ecl. Ult. 86 p. 148 et Avien. l. d. 72: O per multa operum mea semper O. M. 669: vocabula — non silenda tibimet ob studium tuum Curamque Sidon, Apollin, Ep. IX. 16 p. 613: ad epistolarum transtuli genus omne curae nostram. cf. Heins. Dial. de Orat. 4 p. 752. Gron. Tac. Ann. IV. 11 p. 325. Burm. Phaedr. IV. 1, 10 p. 235. Nemesian. Cyn. 58 p. 348. Claudian. VI C. Hon. 18 p. 476, qui idem ea voce proprie studium naturae et astrologiae designari docuit Phaedr, II Epil. 10 p. 146 et Lucan. VI. 429 p. 423. Ut subesse appareat ejus paraphrasis speciem, quam usurpavit Quintilianus Decl. XIII. 15 p. 290: apum per prata discurrit labor. Hor. I. 3, 36 et quos adnot. Sulpic. Fabell. v. 48 nominabimus. Postremo vocum cum et dum saepius permutatarum testes dare satis est Lucanum II. 694: non ancora voces Movit, dum spissis avellitur uncus arenis. Guelf. 4 Caes. 4 tres Burm. cum. Martialem III. 50, 5 dum. Voss. Leid. cum. I. 64, 3: sed cum — laudas. al. dum. VI. 32, 1. Claudianum Ruf. II. 494 dum. Voss. cum et Mall. Theod. Prol. 11 cum discere vellet. Voss. dum. Lucan. IX. 219 cum. Cassell. dum. X. 251. Corippum Jo. I. 453: Giganteo cum staret Phlegra tumultu. Triv. dum atque Arntzenium Sedul. IV. 99 p. 186. 289; voci ut autem nullo negotio (Drak. Sil. V. 217 p. 260) restitutae vel inde fides additur, quod quae in LAr m. sec. prodita sunt verba: placitum multis" satis manifesto arguunt ab initio pro haud (haud placitum) scriptam fuisse vocem aut, quam et cum haud (Salm. Capitolin. Ant. Phil. 28 p. 398. Drak. Liv. XXVIII. 2, 11) et cum ut (Drak. Liv. IV. 12, 8. Arntz. Arator. I. 1065 p. 165) commutari translaticium est.

V. 48-51.

(jam tandem exordia prodo,)
Impia prodigiis ut quondam exercita aplustris
Scylla novos — subitum — sublimis in aere fetus
Fugerit et tenui concidens pectora penna
Caeruleis sua tesqua supervolitaverit alis.

V. 48. externit (r supra rn posit, m. sec.) H. exterruit ArLεα. Burm. Schrad. Animadv. ad Mus. XVIII p. 310. terruit R. exercuit A. edd. vett. ap. Heyn. exhorruit Voss. Wakef. exterrita Schrad. Em. p. 56 et Heyn. Sill. Ribb. Baehr. exercita Scal. Heins. N. amplis RHArLAεα Burm. amoris Scal. Barth. Jahn. Sill. Ribb. Baehr. (qui idem susp. magnis). diris vel miris Heins. Schrad. aplustris N. — V. 49. novosque edd. quaedam ap. Heyn.; qui scripserat leves, Heinsius subinde ipse sprevit. avium omnes. subitum N. coetus omnes. fetus N. — V. 50. viderit omnes. auxerit vet. ed. ap. Loens. Barth. (comparato versu 200). Graev. viserit Baehr. fugerit N. conscendens omnes. concidens vel contundens N. sidera ε. vulg. sydera α. aethera Ar. L. Sill. Baehr. aetera R. pectora N. — V. 51. tecta omnes. tesqua N.

V. 48. Longissime a vero omnes aberrarunt, quod non perspexerunt in illud amplis, quod librorum consensu proditum doctorum hominum vilissima quaeque, ut assolet, venditantium

nei-

39

ore

171

irg.

233

um

em

aec

ilo-

er

int.

cis,

40:

na-

ius

ur,

ne-

di-

am,

am

s a

ous

em

bis

em,

ose

nus

em,

as

eat

at

no

et,

ue

m

so

res

В,

diversitas vel amoris vel divis, miris, magnis esse voluit, procedente tempore attenuatum esse ipsum nomen (quod similiter corruptum invenitur v. 389: altis) amplustris: sic enim pro aplustri in Silii aliorumque codicibus scriptum inveniri testantur Drakenborchius Sil. X. 325 p. 516 et Cortius Lucan. III. 506 p. 402 atque Hildebrandus Gloss. Lat. Sec. IX e codice Paris, descript. p. 11, 99. Progr. Dortm. 1848 (ut pro applare amplare Cang. Gloss. I p. 266). Quid autem proposito poetae convenientius, quam hoc ipso loco ostendi singulare illud supplicium puellae impiae et consceleratae? Prodigia aplustris enim jam apparet atque extat in eam partem interpretanda esse, ut Minois navem statuamus in puppi habuisse (Scheff. Mil. Nav. II. 6 p. 155 sq. cf. Meurs. Lycophr. 1304 p. 323 sq. sive 1299 p. 1331) effigiem illius tauri, quem de lunae polis ortum Hercules prostravisse narratur cum ab aliis tum ab Olympio, a quo Laudem Herculis scriptam esse certissimo testimonio evicimus in Sinide II p. 37—42 cf. VIII. p. 172 not. 74 ("Cretae taurus" Lucret. V. 26. Sen. Agam. 833), quem taurum Virgilius Aen. VIII. 295 Cresia prodigia appellat. Recte autem dicitur Scylla monstro aplustris exerceri, quam funibus ex aplustri, quod portentosi tauri speciem praeferret, aptis per mare tractam fuisse auctores sunt ii, quos adnot. v. 389 indicabimus (cf. Sidon. Apollin. V. 134: Colchis in aplustri steterat — Absyrtum — sparsura"). Itaque alii sibi habeant illud exterrita tamquam firmatum exemplo Virgilii Aen. III. 307: magnis exterrita monstris" aliorumque, quos commemoravit Schraderus Emend. III. p. 56; fortasse etiam locis Ovidii Met. X. 553: monstra culpae. Silii VI. 583: monstra poenae (virtutum Flor. I. 7, 10). Statii Theb. VIII. 66: Tisiphone — novis asperrima monstris. Senecae Thy. 254: impleri juvat Majore monstro" et quibus locis portenta, monstra, prodigia idem esse atque inaudita facinora, horrenda scelera docuerunt Gronovius Cortiusque Lucan. IV. 245 p. 465 idemque hic V. 284 p. 609; nos fruimur eo, quod a Scaligero et Heinsio inventum jam commendare licet et fide codicis A et editt. ap. Heyn. et auctoritate Gronovii Sen. Med. 214 p. 473 et Drakenborchii Liv. VII. 36, 2. XXVII. 44, 6, qui librarios saepius verba exterrendi et exercendi permiscuisse testantur. Nam exerceri Scylla dicitur, quae per undas tracta defatigatur (Cir. v. 448), ut apud Virgilium est Aen. VI. 739: exercentur poenis veterumque malorum Supplicia expendunt" cf. Georg. IV. 453: te — exercent numinis irae. Aen. IV. 622: stirpem — exercete odiis" et Statium XII. 646: Thebarum exercita Poenis Agmina". cf. XI. 57: exercita gentis Sanguine Tisiphone". 550: exilio rebusque exercita egenis Membra. I. 560: magnis exercita cladibus olim Plebs Argiva". Sallust. Hist. fr. I p. 934: servili imperio plebem exercere"; prodigiis exerceri autem ea brevitate positum est, qua a Seneca Herc. Fur. 527 dicitur Hercules: bella per omnia Monstris exagitare coeliferam manum".

V. 49 sq. Mirari subit tot doctos ne mediocriter quidem laborasse in loco vitiis longe inquinatissimo. Quid enim? num dixisse aliquid judicari queunt hujus interpretationis auctores: "videt avium coetus novos in aere, quia humo adfixa fuerat"? Nimirum, si vera fateris, immane Amphitrites pecus (v. 452. 391 cf. 485 sq.) Scylla per mare raptata vidit, non novos avium coetus id est "pulcherrima quondam corpora, reges humanos artus mutatos" (v. 198 sqq.). Quam rem qui plane perceptam tenuit, nimia promptus audacia huc ex versu 201 transtulit verbum auxerit subinde etiam Ovidii exemplo confirmatum Met. V. 301: Auxerunt volucrum victae certamine turbam". Laudat hoc Zingerleus (apud Wagn. et Ludovic. Conspect. Philol. ann. 1881) p. 982, cui vel hoc probabile videtur "uxerit in viderit abisse" recordatione

credo, freto Ovidii Fast. II. 478 junxerat. al. vixerat. vicerat. Quanto et proclivior et convenientior haec fuit expediendi via, ut hoc a poeta tradi statueretur: terrestrium, quae et genere et scelere cognatae essent, avium fata superata esse fatis Scyllae propter impietatem jam marinae avis factae: neque enim hoc loco silendum fuit, quod ad singularem ciris naturam (v. 514 sq. 192 sqq.) significandam propius pertineret. Unde nuper nobis visum est dubitari posse, an litteris c et d mutatis (ut apud Manilium V. 626 vendentis. Voss. 1. Cus. Gembl. vincentis. 652 vendet que. Voss. 1. Cus. Lips. vincet) recte reparetur hoc: novos avium coetus Vicerit (ut apud Martialem est Spect. 7, 11: Vicerat antiquae sceleratus crimina famae" et Statium Theb. XI. 423: vinci sua crimina gaudent" ac Senecam Thy. 19: turba, quae suum vincat genus. 196: scelera non ulcisceris, Nisi vincis"); nunc causae statu attentiore cura explorato omnino posthabendum censemus ei emendandi rationi, quam frequentissima verborum vidi et fudi (adnot. Stat. Ecl. Ult. 3 p. 12 cf. Ovid. Met. XV. 193 vitet. al. fugit) aliorumque (adnot. Cir. v. 130) atque litterarum d et g (documento sunt perdit et pergit Heins. Ovid. Am. II. 2, 53 p. 405. pergite et prandete Cic. Tusc. I. 42, 101 cf. Emend. Hor. LVIII p. 113 not. pudet et piget Martial. XII. 60, 3. Heins. Ovid. Her. V. 44 p. 60. Cort. Lucan. II. 209 p. 222. ardent et urgent adnot. Stat. Ecl. Ult. 17 p. 32. fudit et figit Plin. N. H. XI. 37, 45. regit et redit Claudian. Epigr. 18, 12. fundit et fingit, pingit Lucret. V. 3. Delr. Claudian. R. Pros. I. 253 p. 563. vidi et fingit adnot. Cir. v. 534. add. Cir. v. 67) permutatio aperit ac confirmat: dico autem hanc: fugerit. Evidens est enim, quod Baehrensium praeteriit, poetae carminis argumentum breviter et usque in obscuritatem subtiliter complexo hoc fuisse caput, ut impia Scylla infestis maris monstris circumventa (v. 451 sq.) narraretur avis facta esse ("sublimis in aere"), avis autem ea, quae procul ab avium coetibus (v. 513) in litora deserta (v. 519) relegata solitariam vitam transigeret. Quid vero non obscurius modo, sed a rerum veritate sejunctius ista novarum avium appellatione, qua post Dauliades puellas (v. 199) Scylla dumtaxat cum Niso patre designari debuit, non item universum avium genus, quod versibus 195 sqq. percensetur? Unde vix ambigi potest, quidnam veri in voce coetus Brevi praecidam: scripta a poeta fuit Scylla novos maris fetus avis subito facta Quod recte statui cur credamus, firmissima haec afferri videntur. Et primum quidem vox coetus eum fatetur errorem, quo apud Claudianum Gigantom. 3: monstrifero complebat Tartara foetu" in Voss. Vatic. Pal. Rott. al. erupit coetu (cetus codd. German. Arat. Phaen. 125) et apud Senecam Herc. Fur. 1158: cujus in foetu stetit Nox longior" in libris Florentino deterioribus incestu, quibus exemplis adjicere licet vocabula aliquoties permixta cavillis et favillis adnot. Stat. Ecl. Ult. 17 p. 29. foedat et (Moret.) caelat Claudian. R. Pros. I. 263, quamquam etiam hoc probabiliter sumitur adulterinae voci ortum dedisse nomen cete interpretandi gratia vero fetus superscriptum. Inde autem, quod ex aplustri suspensa fuisse sive "rate tracta pependisse" (Prop. III. 17, 26) Scylla fertur, hoc liquet novos fetus intelligi maris fetus horribili figura, monstrosos" (his enim Statii verba Theb. IV. 375: fetusque novos similia Claudiano Sec. C. Stil. 356 Libycos fetus interpretantur Vet. Scholiasta Barthiusque p. 1044) sive invisitatos (adhuc Scyllae) monstrososque (Barth. Claudian. Ruf. I. 48 p. 1102); nam "saepe latinis novum dicitur id, quod cum aliquo terrore animum percellit aut forma ac modo invisitato metum incutit atque horrorem" Broukh. Tib. II. 7, 19 p. 287, unde apud Propertium est III. 21, 27: portentis — ferit unda novis" et apud alios nova monstra id est monstra maris, profundi, Oceani, Neptuni Mitsch. Hor. I. 3, 18



um

nim

. X.

lice

36).

pque

eff.

ius

m-

-42

Tir-

ro

ret,

on.

er-

am

1 m 54:

245

am

214

ıdi

cta m-

IV.

a".

nis

34:

qua

eli-

es:

ris,

vos

q.).

ım lol.

ne

p. 51 sq. cf. Wernsd. Avien. D. O. 781 p. 1056 sq. Sen. Tro. 1154: novumque monstrum Pyrrhus". Jam vero novo documento probare licet, quantum palaeographicae rationes, quas hac aetate multi ad criticam artem factitandam alacriores et promptiores tamen negligunt atque adeo fastidiunt, adjumentum ad verum reperiendum praebeant diligentius exactae. Nam si quis vel mediocriter in libris manu scriptis versatus ejus meminerit levitatis, qua et litteram s omissam adnot. v. 156 et litteras a et u, b et v permutatas esse aliquoties testati sumus, hoc percipiet vel concedet tam exiguo, ut prope nullum sit, discrimine haec dirimi: novosavium et novossubium. Itaque omni asseveratione hoc videmur posse confirmare ac recipere pristinum hujus loci statum fuisse huncce: novos subitum sublimis in aere fetus Fugerit". De quo ne ulla relinquatur dubitatio: idem peccatum est in Aetnae versu 159, quem in nostris ejus carminis emendationibas (a Fleckeiseno etiamnum sepositis) sic emaculavimus: summis si forte putas concrescere caulis Tantum opus ex subitis alimenti incursibus"; quod enim Gyr. incorruptum praebet: subitis, id Helmst. sumis (id est suviis cf. Claudian. Epith. Pallad. 102 sumit. Gud. suuit), reliqui libri summis scriptum exhibent, ut apud Corippum suvit pro subit legitur (Barth. L. Justin. III. 35 p. 407. divitem pro dubitem Burm. Anth. Lat. I. 89, 65 p. 75); de littera t autem omissa v. adnot. Cir. 262. erroris gignendi causam attulit maxime insolentia vocis subitum sic positae, ut a Silio XV. 462: cum subitum campo perstrinxerat aures Murmur triste tubae". Quod qui ita interpretatus est, ut omissam diceret praepositionem sive in, quae legitur VII. 257: simul accendere sagaces In subitum curas" sive per, quae longe frequentior est, compararetque per longum, per tacitum, per occultum nec adjiceret longum Burm. Claudian. Ruf. II. 277 p. 87. aeternum Virg. Aen. VI. 617 et Stat. Theb. VIII. 510. Barth. I. 599 p. 197. Burm. Ovid. Am. III. 3, 11 p. 480. Oud. Apul. Met. I p. 8 (aeterno), tacitum Weichert. Ep. Crit. de Valer. Flacc. p. 40, Drakenborchius p. 751, 771 magnopere verendum est ne minus circumspecte fecerit. Videtur enim in illo loco, ut in Ciri, fortasse etiam apud Statium Theb. XI. 53: Cum — subitum — obliquo descendit ab aere vulnus", subitum orationis continuationi sic intervenire, ut rarum Burm. Virg. Georg. II. 233 p. 316 et IV. 130 p. 466 (cf. Aen. XI. 363; solitum tibi"), mirum Ovid. Ib. 392. Stat. Theb. IX. 875. miserum Virg. Aen. VI. 21. facinus Stat. Theb. VII. 413. monstrum I. 235. Burm. Valer. Flace. III. 120 p. 249, alia Heins. Ovid. Am. I. 6, 1 p. 344. Cort. Lucan. I. 626 p. 164. Hoc igitur modo (pro quo quis temere sumpserit, quod deteriores libri praebent apud Virgilium Aen. II. 680. XII. 862 subito vel subito en Heins. Valer. Flace. I. 342 p. 75?), hoc, inquam, modo poeta retulit Scyllam subitam avem factam esse; sic enim apud Ovidium est Trist. II. 389: Fecit amor subitas volucres cum pellice regem" et in aliis locis Heins. Her. XVIII. 160 p. 271.

Pergo ad convincendum errorem, per quem Heynius et Ribbeckius p. 46 lapsi "aethera scripturam pro glossemate audacioris sidera habuerunt". Qui ne haec quidem attenderunt: nec illa conscendere sidera et sua tecta supervolitare exacte inter se congruere, siquidem quae ad summa sidera (Prop. I. 8, 43) evolarunt volucres, omnia, quae ubique sunt, infra se posita vident nec sua dumtaxat tecta volatu circumeunt vel praestringunt aut uno nisu coelestes plagas locis humilibus continuant, terrestres simul et sublimes, et vocem sidera videri creberrimo librariorum extremam proxime superioris vocis litteram stilo repetentium (vid. adnot. v. 165) errore (ns setera) eo facilius esse natam, quod in promptu positi essent versus 49: sublimis in aëre. 204: ad superum sedes. 515: ad coelum. 522: ad superos. Verum

ampliorem ambigendi materiam praebent ipsa verba conscendens aethera, quibus Zingerleus permirum patrocinium praetexuit, quum p. 982 dubitationem diceret nullam propterea relinqui "quod apud Ovidium Met. III. 298 quamvis in alia causa haec posita haberentur: moestissimus altum Aethera conscendit". Cui jam juvat locos gratificari Prudentii Hamart. 821: animae — aethera paucae Conscendant reduces" et Juvenci Hist. Evang. IV p. 505 B: humilis claram conscendit liber in aethram". Nobis quidem taedio, quod oratio faceret triplici volatus commemoratione: sublimis in aere v. 49. tenui conscendens aethera penna v. 50. caeruleis supervolitaverit alis v. 51 praepedita, diutius ferendo haudquaquam paribus persuasio fuit hic vitium latere tam firmata, ut nuper vel ad hanc corrigendi rationem: constringens pectora pelle (cf. adnot. v. 58) descenderemus cum alia exempla recordati tum Cypriani Genes. p. 295 B: volucres suspendunt corpore pennas. Nonni III. 75: 'I\omega = ὔνδαλμα μεταλλάξασα κεραίης Ἐσκε θεὸς φερέκαρπος. Lob. Soph. Aj. 1066 p. 388; nunc quod opus est multo leniore consilio videmur reperisse. Sic enim habeto: quod ab initio scribendo variatum est contendit, concendit, id ut in iis locis, quos in medium attulerunt Cortius Lucan. II. 609 p. 289 et Drakenborchius Liv. V. 39, 9. X. 12, 7 cf. Oud. Caes. B. Afric. 5 p. 852, factum esse conscendit, ipsum contendit autem deflexum et depravatum fuisse e vero contundit, ut apud Claudianum R. Pros. III. 427: uterus crebro contunditur ictu. Voss. 2 contenditur (cf. B. Gild. 135 contusa genas. Morett. conscissa. Vatic. Reg. descissa. Ovid. Met. XI. 463: Aequalique ictu scindunt freta. Thuan. tundunt. Apul. Met. VII. p. 499 tunsis. Pith. tensis. Epit. II. Hom. 1058 pectora plangunt. vulg. tundunt. Annab. tondunt. Sant. condunt. Lucan. IX. 684: Europae scinderet urbes. Thuan. 3 adscenderet. Rott. pr. scanderet). Cui verbo subnectendum est id, quod supra protulimus: pectora; ubi enim vocis sidera, quam nota librariorum temeritate (Markl. Praef. Stat. Silv. p. VIII sq.) alienum locum (velut pro caerula Heins. Ovid. Fast. II. 487 p. 115. aethera Claudian. Mall. 105 cod. Medic. 4. lumina Ovid. Met. XIV. 172 Heins. p. 947. secula Manil. IV. 253. Claudian. R. Pros. III. 35 cf. II. 283. frigora Valg. p. 344. pondera Ovid. Fast. II. 490 (488). Claudian. l. infra affer.) videmus occupasse, originem aperiendi copia fuit atque hoc patuit veri has extare reliquias: ictera, aetera, illud nobis succurrebat et litteram p non raro praetermissam stilo esse (v. adnot. v. 47) et ejusdem vitii illustre documentum extare apud Claudianum Gigantom. 23: flammantia pondera. Ois. Medic. Put. pectora. Rottend. sidera. Jam vides omnia et ad poetae institutum accommodatissime ac planissime et sententia verbisque emendata esse hac luctus (adnot. v. 54) significatione: tenui contundens pectora penna": quod enim hominum luctus efficit, ut validis ictibus pectora feriantur, id ipsum in aves a poetis transfertur quamvis tenui penna plan-Testes habemus Ovidium Am. II. 6, 3: Ite piae volucres et plangite pectora pennis" et auctorem Cons. ad Liv. 109: Sic plumosa novis plangentes pectora pennis Oeniden subitae concinuistis aves" atque II. Hom. Epit. 420: levibus plangit sua pectora Pennis" cf. Stat. Silv. II. 4, 17: plangat Phoebeius ales". Proprie autem in hac re ponitur et tundere Virg. Aen. XI. 37: gemitum tunsis ad sidera tollunt Pectoribus". Ovid. Met. VIII. 535. Am. III. 9, 10. A. A. I. 535. Sen. Tro. 114. Apul. Met. VII. p. 499 et contundere Lucan. II. 38: miserae contundite pectora matres" et in iis locis, quos multos collegerunt Heinsius Claudian. B. Gild. 135 p. 214 et Cortius Lucan. II. 335 p. 243 omisso Alcimo Avito V p. 414 A: Pectora contundunt pugnis", quod ipsum quum Juvenalis posuerit



um

uas

que

uis

1 S

hoc

um

sti-

De

tris

s si

nim

ith.

um

rm.

em

IV.

re-

ere

m,

87.

vid.

de

cte

um

er-

um

tat.

m.

rit,

en

em

am

ra

nt:

re,

nt,

isu

eri

ot.

19:

hoc usus verbo III. 300: pugnis concisus cf. VI. 414: loris concidere", non temere dubitare videor, an in hunc locum revocari id praestet, quod et Ovidius minus tritum usurparit Met. II. 341: caesae pectora palmis cf. VI. 532: caesis plangore lacertis" et commendabilius faciat comparatio vocum inter se permutatarum adscendere et scindere Lucan. l. supra allat. conscendere et concedere Cort. Lucan. II. 609 p. 289. Drak. Liv. V. 39, 9 cf. Trebell. Poll. Gallien. 4, 8 incensuram id est inscensuri navigia, ut diximus Ann. Fleckeis. 1881 p. 507 sq., rescindere et recidere Calpurn. Ecl. III. 30: pectora nuda cecidi. codd. recidi. rescidi. Oud. Suet. Tib. 34 p. 402. Drak. Liv. Epit. LVII. exscindere et excidere Gron. Sen. de Clem. I. 1 p. 99. Drak. Liv. V. 15, 9. Arntz. Mamert. Genethl. 17, 1 p. 159. Jam veritate ad liquidum explorata licet rem leviorem perstringere et coarguere. Quod enim Baehrensius p. 187 cf. 191 et Zingerleus jactant illa: aethera penna sumpta esse ab Virgilio Georg. I. 406. 409: secat aethera pennis", non praetereundum ducimus nec Ciceronem N. D. II. 111. Arat. Phaen. v. 48: serpens geminis secat aera pennis. 88: mulcens tremebundis aethera pennis" nec Catullum 66, 53: impellens nictantibus aera pennis" nec Calpurnium Ecl. II. 11: quaecunque vagis altum ferit aera pennis" cf. Ovid. Met. X. 144: percusso mendacibus aere pennis. Dracont. Hexaem. 126: Aera concutiens pennis. 136: levibus subtexunt aera plumis. 148: rudibus librantur in aere pennis. Lucan. VII. 835: plures presserunt aera pennae. I. 588: errantis in aere pennae. IX. 730. Prudent. Hamart. 816: plaudens super aera pennis" cf. Sil. I. 357: sulcatum tremula secat aera flamma". Denique quod hic verborum ordo: tenui penna — Caeruleis alis ad similitudinem ejus generis accedere videtur, de quo est Tibulli locus (cui lucem affudimus Conject. Stat. XIV p. 217 sq.) I. 7, 13: tacitis qui leniter undis Caeruleus placidis per vada serpis aquis" vel Silii VI. 522: pinuque immane cavata Aequor et immensas curva trabe findimus undas" cf. Dracont. Hexaem. 126: Aera concutiens pennis crepitante volatu", hoc adjicimus duo a poeta ostendi: novae avis tenuem alam (ut ab Ovidio Met. IV. 408: tenuique inducite brachia penna", quem ipse ille Ovidii scrutator Zingerleus neglexit, cf. Hor. Carm. II. 20, 1) et caeruleum colorem.

Verum ne sic quidem instituta absolvimus. Namque versum 51, quem ad reddendum alarum plausum pulchre expressum sensit Barthius Stat. Theb. II. 515 p. 537, scite factum praedicat Vossius Virg. Ecl. VI. 81 p. 52, sane quam mirum est, quod doctorum hominum nescio quid praejudicati afferentium consensus cum Virgilii loco Ecl. d. per omnia concinere arbitratur. De qua re longe aliter sentiendum videtur. Namque a Scylla plurimum distat casus Philomelae. Quam Virgilius narrat antequam secreta peteret, luctu perditam infausta tecta circumvolasse crebro alarum plausu: hoc enim vult sibi illud: quibus alis, quod recte explicavit Blomfieldus Callim. Dian. 27 p. 98, nos Manilii loco, quem Jacobus corrupit, V. 593: quantis hic subvolat alis Perseus" (cf. Huschk. Tib. I. 7, 53 p. 207 sq.) firmamus et ratum facimus. At longe aliud est hoc: caeruleis alis circumvolat", quo ipsa avis marinae species designatur, non trepidatio; at procul a patria post longinquum navis cursum Scylla Amphitritae beneficio mutata est nec sua tecta repetit, quae jam nulla fuerunt "excisa funditus urbe" v. 53. direpta crudeliter urbe" v. 191, quae repetita esse ipse poeta his negat v. 514: Quae simul ut sese cano de gurgite velox Extulit ad coelum, incultum solis in rupibus exigit aevum"; at qui novae avis non fugam modo, sed tenuem pennam et caeruleas alas commemoravit, is nullo pacto fieri potuit ut reliquam faceret rem ad notitiam maxime atque unice pertinentem: dico autem solitariam vitam, de qua est v. 518: Incultum solis in rupibus exigit aevum, Rupi-

bus et scopulis et litoribus desertis". Quibus argumentis hoc ad persuasionem apposite judicare videmur hic tectorum mentioni non magis locum datum fuisse, quam verbis ante Infelix (quae in hunc modum Baehrensius p. 187 immutavit: alte Infelix", ille quidem recordatus, credo, Plin. N. H. VIII. 14, 14: supervolantes — quamvis alte perniciterque alites"), nominata fuisse loca "deserta et tesca" Attii Philoct. fr. 2 p. 230. "praerupta et aspera, quae vocantur tesca" Isidor. XV. 12, 3 p. 482. Gloss. Labb. p. 184: Tesqua — zατάχοημνοι καὶ ὁάχεις καὶ ἔουμνοι τόποι. Schol. Lucan. VI. 41 p. 423: aspera loca — inculta". Aegidius Episc. Leod. c. 5 ap. Cang. Gloss. III p. 1107: inculta quaedam loca, Tesqua vulgus illa nominat". Cruq. Hor. Epist. I. 14, 9 p. 560. Savar. Sidon. Apollin. Ep. IV. 3 p. 241. Heins. Adv. I. 3 p. 27; Politianus quidem in Rustico p. 288 Gher.: Illi sunt animo rupes frondosaque tesqua Et specus" propter Lucani exemplum VI. 41: nemorosa — tesqua" frondosa potius memorare animum induxit quam fruticosa vid. Lennep. Ovid. Her. II. 121 p. 180 cf. Oud. Apul. Flor. II. 11 p. 42. Prudent. Psych. 443: acuta frutecta. Ael. Nebriss. p. 728: vepribus aspera". Accedit Apulejus simillime loquutus Flor. l. d.: agrum scrupulosum — miseri colunt, quoniam nullus in tesquis suis fructus est" (ut Ovid. Fast. IV. 693: suam peragebat humum". Met. I. 96: Nullaque — praeter sua litora norunt" cf. Her. V. 74: lacrimas in mea saxa tuli". Grat. Cyn. 67: ceciditque suis Ancaeus in arvis". Claudian. Praef. VI C. Hon. 4: Mens tamen — ad sua lustra redit". Sen. Hipp. 531: Sua quisque norat maria". Manil. V. 565: Et casus miserata suos roravit et undas", quae nuper sic correximus: suas roravit ad undas" non immemores Nemesiani Cyn. 278: Nereidum mirata suo super aequore turba") et III. 17 p. 82: merulae in remotis tesquis fringultiunt, lusciniae in solitudine Africana canticum adole-Ac quo minus dubitetur, quin ex Virgilii carmine huc vulgatiorem vocem scentiae garriunt". transferre in proclivi fuerit, apud Statium Theb. XII. 447: subitus campos tremor altaque tecta Implet" in optimo libro extat tesca, quod comparatione Sidonii Apollin. V. 90: hispidus alta Sus prope tesqua jacet" firmare Barthium p. 1496 fugit; contra apud Lucanum VI. 41: saltus nemorosaque tesca in Voss. tecta, apud Propertium IV. 9, 34 in libris Perreji p. 880 Burm. tesqua vel tecta, quos locos neglexit Marklandus Stat. Silv. II. 3, 14 p. 233. Quae si vera sunt, ut sunt, etiam hoc emergit inter Virgilium et Ciris auctorem eodem supervolitandi verbo usos hanc esse discrepantiam, quod ab altero Philomela dicatur tecta supervolitare jamjam secreta petitura (ut Valer. Flacc. IV. 505: pavidae Phineia tecta Pervolitant, mox alta petunt"), ab altero Scylla super ea loca volitare, in quibus sedem fixit, quemadmodum apud Catullum 66, 4 Santenius ap. Valck. Callimach. p. 139 (ille quidem falso de nomine Phthiae praecipiens) "supervehi ait proprie dici de montem inhabitantibus" cf. Prudent. Hamart. 816: plaudens super aera pennis". Lucan. I. 381: Castra super Tusci — ponere Tibridis undas". 397. Phaedr. II. 6, 11. cf. Hor. Carm. I. 12, 6. Nemesian. Cyn. 278. Wagn. Virg. Aen. I. 680 p. 196, apud Lucretium legimus II. 346 avium alia genera fontes et lacus concelebrare, alia nemora avia pervolitare cf. III. 1031: pedibus salsas docuit super ire lacunas".

V. 67.

Sive illam monstro genit atra dracaena biformi.

monstro genuit omnes. genuit monstrum Haupt. monstrum genuit Ribb. Baehr. monstro genit N. gravena RAr. H. gravenna H. m. alt. grandeva Lε. gradena Ar. m. alt. Persea α. Heyn. 2*



ıbi-

arit

ida-

pra

ell.

381

idi.

on.

ate

ius

. I.

11.

ra

11:

re

ra

ra

oer

er-

ur,

is

ue

26:

vis

se

m

e-

io

ır.

ie.

se

IS

at

ıd

n

io

3.

le

is

Jahn. Persaea Parrhas. Scal. Heins. Ovid. Met. XIII. 749 p. 916. Burm. germana Sillig. grave Echidna Haupt. Ribb. Baehr. atra dracaena N. biformi omnes. biformis Haupt. Ribb. Baehr.

Qui Hauptii inventum comprobavit cum hac verborum castigatione: nescio qua causa ille transposuerit genuit monstrum", Ribbeckius, quem sequutus est Baehrensius, invitus fatetur se inferiorem Broukhusiis Heinsiisque et si qui alii versuum commode componendorum periti Scilicet hoc quoque latuit illas voces grave et biformis nec ad sententiam apte nec satis ad ordinem disposite excogitatas esse: quis enim vel Valerii Flacci verba, quae forte succurrunt: pulchrum longissima quando Robur cura ducis magnique edere labores" laudaverit sic constituta: Robur cura ducis pulchrum longissima quando Exedit magnusque labor"? Licet vero versum, qui in disceptationem venit, multo meliorem facere quadruplicem istam audaciam fugiendo ac codicum vestigia pressius sequendo. Primum enim proprio vocabulo Echidnam scriptor non magis appellavit, quam Typhonem, Scyllae patrem (Staver. Hygin. p. 15), quorum hunc monstrum biforme dicere maluit, ut Mamertinus Genethl. 3, 4: biformium bella monstrorum" (Arntz. p. 99. et Jaeg. Add. ad p. 27, 16. Ovid. Met. I. 184. ὀφιώδεα γνῖα Nonn. II. 568. Barth. Claudian. Gigantom. 8 p. 940), hanc dracaenam, ut Anaxilas Athen. XIII p. 558 A, siquidem "Echidna nihil aliud videtur significare nisi serpentem aliquam vel hydram monstrosae magnitudinis et saevitiei" (Sturz. Pherecyd. fr. IX p. 89 cf. Tzetz. Lycophr. 1354 p. 1014: "Εχιδναν· ταύτη δὲ ἐμίγη ὁ Τυφών καὶ ἐγεννήθη ἔξ αὐτοῦ ἑτέρα ἔχιδνα μεγάλη. Schol. 1114 p. 231: δράκαινα· ή έχιδνα Κλυταιμνήστοα. add. adnot. Cir. v. 89). Quod si verum est, eruisse testimonium videbimur, quo potissimum innixi dracaenae nomen apud latinos scriptores "auctoritate valuisse" (Philarg. Virg. Ecl. II. 63 p. 325) indicarunt Servius Georg. III. 245 p. 276 et Isidorus XII. 2, 3 p. 380: leaena Graecorum est, sicut dracaena". Priscianus V. 2, 10: ad imitationem Graecorum leo leaena vel lea, draco dracaena. VI. 3, 17: sciendum, quod quinque inveniuntur in o terminantia, quae faciunt in a feminina, ut leo leaena vel lea, draco dracaena —". Donatus p. 1747. Cledonius p. 1896. Comment. Einsidl. p. 239, 2: draco draca debuisset facere, et facit dracaena". Graecorum autem nominum usu minime Ciris scriptorem abhorruisse novo documento confirmabimus adnot. v. 88. add. adnot. v. 4. Sillig. Epimetr. p. 143. Jam quae ab initio in hunc modum consignata fuerunt: tra dracaena, ea facile colligitur simul et hoc damno carpi: tracaena et per illam litteras praepostero ordine collocantium levitatem, qua Minyas vertit in nimias Martial. XI. 99, 6. Numitorius in munitorius Drak. Liv. III. 45, 4. 48, 7. calones in Lacones Oud. Frontin. IV. 1, 6 p. 408. venalem in novalem III. 18, 2 p. 400. vid. Electt. Crit. p. 3 sq., crataena vel grataena (ut Plin. N. H. III. 5, 10 Crataeis. Ricc. Grateis. Cir. v. 66 Gratinei Helmst. Rehd. Arund.), vel littera d in g conversa (vid. adnot. v. 49) gratena, gravena scribi, inde, quo notius aliquod vocabulum exsisteret, grandeva, grandaeva (ut Anecd. Helv. p. 124, 20. 101, 26. 239, 2 dracena) coepta esse ab iis, qui quum gignendi verbum in matre poni non ignorarent (Burm. Ovid. Met. VIII. 44 p. 549. Buenem. Lactant. I. 17, 9 p. 108, quos neglexit Silligius p. 214), duo haec incomperta haberent: "vetustissimos pro gigno geno protulisse" (Priscian. X. 7, 38. "geno, quod antiqui in usu habuerunt" Art. Anon. Bern. p. 83, 13. 82, 9 — antiquorum autem exemplum non respuisse Ciris auctorem certum est —) et Graecorum more "praesens de re adhiberi solitum esse dudum praeterita" (Valck. Diatr. Eurip. p. 60. b. Wagn. Virg. Aen. IX. 266 cf. 338 cf. Murator. Thes. Inscr. p. 1079, 2: Γεννά μέν Γλαῦκός με πατής, τίατει δέ με μήτης Χουσογόνη. Meleag. Epigr. CXXVII p. 38: πάτοα δ' εμέ τεχνοῖ —. Inc. trag.

I

in

h

m

tr

Sa

CI

su

es

in

VO

sp

te

lio

no

ra

Co

ap

Cu

Pu

p.

no

cu

V.

ult

fr. 32 p. 281 Both.: Jove propagatus est — Tantalus, Ex Tantalo ortus Pelops; ex Pelope antem satus Atreus, qui nostrum porro propagat genus". Auson. Idyll. XI. 86: Stat Jovis ad cyathum, generat quem Dardanius Tros" cf. Cir. 246: quae te — mihi donat alumnam".

V. 75. 76.

Ut, cum cura 1thacae veheretur conjugis alto, Ipsa trucem multo misceret sanguine pontum.

aut Green. at tum edd. vett. (Heyn.). tum Ar. m. alt. Le edd. vett. cura omnes. rore Schrad. tuae R. tue HAr. suae L. sui Nic. Loens. Scal. Burm. Schrad. Heyn. Jahn. Ribb. Baehr. Ithacae N. pheheretur H. veheretur corr. m. alt. alte Ar. altae RAr. corr. m. alt. alto reliqui codd. vulg. — 76. multo omnes. immerito Heins. miseret R. sanguinem A.

Dici vix potest, quam devii consiliis suis fuerint interpretes. Plerique enim volunt "Amphitriten, dum Scylla in mari veheretur, has poenas, quamvis puella invita compressa esset, exegisse, ut mala medicamina inspergeret" (Sillig. p. 215. 216): quasi vero et Scylla "amasia Neptuni" (Scal.) dici possit eodem honore impertita, quo Amphitrite vera dei conjux (Pausan. ΙΙ. 1, 7: τῷ δὲ ἄρματι 'Αμφιτρίτη καὶ Ποσειδῶν ἐφεστήκασι. Lucian. D. Mar. XV. 3: ὁ μὲν γὰρ Ποσειδών ἐπιβεβηχώς ἄρματος παροχουμένην τε καὶ τὴν Αμφιτρίτην ἔχων προῆγε) et sanguis recte intelligatur venenum (Barth. Heyn.) vel viperinus (Heinrich.) aut sexualis (Sillig.) sanguis et huic orationi constet perspicuitas et ordo: venenis mutata est infelix virgo, quae nihil commiserat: attamen longo post tempore Amphitrite poenas exegit, ut veneno pontum misceret". Alteris "Amphitrite videtur aliquando Scyllam ulta esse ita, ut cum ipsa (Amphitrite), cura sui conjugis, inveheretur per altum, interea misceret Scylla pontum multo sanguine" (Heyn. p. 107 ed. pr.). Qui utrique certe hoc non assequuti sunt absurdum esse curam sui conjugis eam dici, cujus conjugium violasse Neptunus modo versu proxime superiore narratus esset. Ergo quum integra res et causa relicta sit, jam tandem faciendum est, ut fraus indagetur, quam a nullo adhuc animadversam in hac parte delitescere vel ea res indicat, quod curam sui conjugis nec Amphitriten nec Scyllam hic recte atque commode vocari plane intellectum est nec illorum, quorum consensus ad vocem alto retinendam conspiravit, quisquam unus explicavit, quae tandem ratio inter mentionem poenae longo post tempore exactae et alti et trucis ponti sanguine turbati intercedere videretur. liquet in alia omnia sic discedendum esse, ut litteris tuae abditas agnoscamus reliquias ejus nominis, quod praeter opinionem oblatum vehementius mirati librarii videantur leviter simul litterarum u et a (Schwab. Catull. p. XXIV sq. Adnot. Stat. Ecl. Ult. 46 p. 74. Cir. 49. 293. 294), u et ic (Stat. Conject. VII p. 185) depravasse, ut abolesceret tace, tice, et imminuisse eo modo, qui cernitur apud Tibullum IV. 1, 48 Ithace in Ald. tace cf. Propert. III. 10, 29 Ithacis. Askew. Siticis. Cul. 265 Helmst. itaci. Claudian. Ruf. I. 252: Isthmiaca. Ox. Tholos. Med. Leid. Thimica. Put. stinica. Martial. VII. 15, 1 Ianthidos. Put. Voss. antidos et alibi Theb. Parad. II. 3 p. 137 sq. Electt. Crit. p. 14. Nec vero solum artis praeceptis convenienter erutum est Ithacae nomen, verum etiam ad fabularum fidem apposite. Hoc enim dico: versum 75 spectare ad cursum ab Ulixe, Penelopae cura, per fretum Siculum confectum, Scyllam autem v. 74. 76 narrari venenis in ferinam speciem mutatam injurias suas longo post tempore ita ultam esse, ut mare, quod Amphitrite venenis olim infecisset, ipsa infestum haberet et sociorum

na

ille

tur riti

ote

rte la-

ue

em

ilo

5), m

Ea

as

m

tz.

va

od

ad

us

7:

1a 2:

1e

ea

ne in

i-

it

aliquot, qui cum Ulixe navigarent, sanguine foedaret. Apparent igitur expressa interioris doctrinae, qua maxime Callimachus censetur (cf. Serv. l. infra d.), vestigia, de quibus ne hoc quidem loco quidquam sunt ii suspicati, qui de Ciris scriptore maluerunt minus bene sentire, quam explorate judicare. Vera me loqui perspicuis licet evincere testimoniis eorum, qui pro Amphitrite Circes venenis usa ipsam Circen memorarunt, Hygini 199, cui Munckerus hunc Ciris locum adhibuit: Circe propter zelum medicamentis aquam inquinavit. Quo Scylla cum descendisset, ab inguinibus ejus canes sunt nati atque ferox facta, quae injurias suas exsequuta est: nam Ulyssem praenavigantem sociis spoliavit" et Lactantii Narr. Fab. XIV. 1 p. 879: venenisque imbuit (Circe), quibus tenus pube canibus est efferata, ut amantibus odio ac timori esset. Quod ob factum illa postea in Ulixem amatum ab ea exercuit saevitiam" Serviique Virg. Ecl. VI. 74 p. 140: Circe — fontem — infecit venenis, in quam quum descendisset puella, media sui parte in feras mutata est. Hanc postea Glaucus fecit deam marinam, quae classem Ulixis et socios evertisse dicitur. Quidam Scyllam hanc a Neptuno amatam dicunt et per Amphitriten, conjugem Neptuni, metuentem pellicis formam venenis Circes in monstrum marinum esse mutatam" cf. Aen. III. 420 p. 224: alii a Neptuno amatam, cum illa Glaucum amaret, rivalitatis dolore in hoc monstrum mutatam" et Mythographi II. 169 p. 133, 18: hanc postea Glaucus fecit deam marinam. Haec classem Ulixis cum sociis ejus evertisse dicitur". Sed ne quid praetermissum putes, pergendum est ad ipsorum verborum delectum idonea exemplorum similitudine probandum. Sic enim dicitur Scylla injurias suas ulciscens poenas exigere, ut Nessus a Seneca Herc. Oct. 1471: Nessusque nunc has exigit poenas sibi". Heins. Claudian. VI C. Hon. 113 p. 482; Penelope Ithaca conjux, ut conjux Pagasaea ab Ovidio A. A. III. 19. Phylaceia Trist. V. 14, 39. Aegyptia Virg. Aen. VIII. 688 et Pharia Martial. IV. 11, 4. Rhodopeia Stat. Theb. V. 121 cf. Silv. III. 3, 192. add. Stat. Conject. I p. 162; Ulixes (sive Ithacus Sidon. Apollin. XXII. 3. Conject. Stat. XVII p. 239) Penelopae cura, ut Ascanius Veneris cura Virg. Aen. X. 132. Hermes cura laborque ludiarum Martial. V. 24, 10. Pantagathus domini cura VI. 52, 2 cf. Avien. D. O. 978: Hylas Nymphis quondam fuit anxia cura. Sil. XII. 409: sacer hic ac magna sororum Aonidum cura est" et Barth. Stat. Silv. I. 4, 4 p. 114; denique sociorum navalium caedes sanguis multus, ut Lucan. VI. 145. Cort. VII. 294 p. 187. 116 p. 158; neque enim hic intelligi Amphitrites pecus (Hom. Od. XII. 96) a Scylla consumptum docent Hyginus aliique, quos supra attulimus. Postremo rem adjiciam sane quam notabilem: Heynium enim, qui veri aliquid viderat p. 107 ed. pr.: miscebat Scylla pontum multo sanguine scil. eorum, qui naufragio facto a canibus Scyllae essent dilaniati", post — mira fides — sententiae suae omnino poenituit p. 169 Wagn.: sanguinem pro veneno dictum esse necesse est. Olim ad Scyllam nautas laniantem referebam". Quibus quanto probabiliora proferre ei licuit, si vel hanc versuum mutationem edixisset: Ut cum curriculo alto" vel memor Claudiani Eutr. II. 24: mugitus ab alto. codd. p. 844 ab axe "caeruleo conjugis axe Ipsa" (cf. Paus. II. 1, 7. Lucian. Dial. Mar. XV. 3. Heyn. Virg. Aen. I. 147 p. 94. Welck. Philostr. Im. I. 8 p. 251). Qua mutatione facta intelligeremus Amphitriten curru suo mare planum et tranquillum reddentem (Cerd. Virg. Aen. V p. 591. D. Lucian. l. d.), Scyllam idem mare nautarum sanguine turbantem; nam ipsa recte dicitur Amphitrite Barth. Stat. Theb. IV. 525 p. 1139. Burm. Valer. Flacc. III. 151 p. 254. VIII. 224 p. 664 cf. Ruhnk. Ter. Andr. II. 2, 23 p. 45.

n ta

fi

P

C

n

F

SI

SI

p

C

D

q

es

SC T

po

fi

Or Ca

V (P)

Co

gr

re

ex

p. fr.

au

V. 77.

Seu, Varro ut perhibet, forma cum vinceret omnes -.

Seu vero, ut perhibent omnes. prohibent R. Seu, Varro ut perhibet N.

Suspicione non levi perstringenda est vox vero, quae praeter morem inter scriptores receptum voci seu subjuncta (nam aliud suadent exempla Virgilii Georg I. 86 sq.: Sive — Seu — Seu magis" et Avieni Arat. Phaen. 277: Sive — Seu — Aut magis" atque corum. qui commemorantur Valg. p. 503; multum autem cum hoc loco differt Caes. B. C. II. 27, 2: seu vere — opinionem ad eum perferunt sive etiam auribus Vari perferunt" cf. Valg. l. d., atque Avienus D. O. 573: vero si fluxit fabula fonte". Apul. Met. VI p. 440: si vere Jupiter mugivit in bove"), sed vox vero quum nulli adhuc reprehensionem recipere visa sit, dubitandi tamen copiam facit, an hac correctione melior fiat: Seu porro. Cui correctioni hoc firmamentum licet substruere, quod eadem ratione plurium rerum descriptionem et modum ut paulo insolentius ita certo exemplo designavit et confecit Avienus D. O. 1268 sq.: Incoliturque solum populis tribus: una sub arcto Pars agit —; Altera per mediae telluris terga vagatur; Porro ad flabra Noti pelagus prope tertia degit" cf. O. M. 323: Sacrum superbas erigit cautes jugum. Locum hunc vocavit Herma quondam Graecia. Est Herma porro cespitum munitio — Aliique rursus Herculis dicunt Viam. — Porro illud Herma jure sub Libyci soli Fuisse pridem plurimi auctores ferunt". Terent. Phorm. V. 1, 18, quibus non omnino dissimilia sunt, quae indicavit Boetticherus Lex. Tacit. p. 363 sq. ille quidem Handio Tursell. IV. p. 385 subtilior; mutatis autem litteris v et p fidem addere licet exemplis Ovidii Am. II. 1, 30: Quid Pro me Atrides — agat. Palat. Quid vero. Sedulii IV. 243 festucam vellere. cod. Almel. Pellere et Avieni D. O. 1239: Aequora terrarum gravibus componere rastris", cui adnot. Cir. v. 116 et 58 restitui jussimus convellere, et commemoratione Berneggeri apud Justinum IX. 4, 6: Thebanorum porro — captivos vendidit" vero scribendum esse suspicati. Et haec quidem fortasse erunt quibus satis probabiliter argumentati esse judicemur, nos ipsi (fatendum est enim) vere fecisse ac sine ulla dubitatione nobis non videmur. Neque enim pares sumus ei scrupulo, quem gravissimum animo injicit ipsa illa consuetudinis formula (Claudian. Prol. C. Mall. Theod. 11): ut perhibent. Quae in hoc loco supervacua est et nihil ad causam pertinens. Postquam universae huic parti illud v. 64 praemunitum est: Namque alias alii vulgo finxere puellas": quid dico supervacua? immo vero absona praestituto rerum narrandarum ordini atque inutilis, quia certe hoc addito opus fuit: ut vulgo perhibent (Phaedr. III. 5, 2 cf. Caes. B. C. III. 61, 2 vulgo vero. al. vulgo. Apul. Apolog. p. 560 vulgo volarent. Pric. vere), quo indicaretur jam proferri famam reliquorum sententiis v. 65 sqq. vulgatiorem (cf. Phaedr. III. 5, 2: Usu peritus hariolo velocior Vulgo esse fertur. Drak. Liv. XXI. 38, 6. Cort. Cic. Fam. IX. 14, 1 p. 450). Paucis rem praecidam atque absolvam: habere enim videor quod liqueat. Nam quae in extremo loco de Scylla Ciris scriptor exprompsit, ea planissime referent doctrinam Varronis. Quod ipsum nomen expeditissima ratione redintegrari apparet ex iis locis, in quibus vero, Varro, Varius (atque adeo Cicero Burm. Quintil. XII. 11 p. 1108) variari docuit Weichertus de Vario p. 4 not., nos Varii de Morte Eclog. Religg. P. II fr. 5 p. 4 cf. Ovid. Am. II. 1, 30 Palat. Quid vero Atrides. Scriv. Quid ve aromethides; recte autem poni hoc ordine: Varro ut perhibet (cf. Solin. 9 p. 17 A: Varro perhibet fontem

etri-

dem

trite

cum sset,

nam

sque

uod

L. 74

arte

et

hi-

num

aret, stea

ur".

cem-

xi-

eins.

ab

ria

162;

ıra,

dam

arth.

VI. Od.

rem

ebat dila-

pro

anto

0-

. 94.

suo

heb.

ndr.

So

au

ig

is.

le

le

18

di

sti

ad

ut

IV

91

St

es

ca

134

ho

es

fer

pr

GI

Ri

X

Bu

Sir

me

1.

re

de

ar

E

fal

re

dis

Sis

in

tu

an

in Arcadia esse —") declarat Arnobius VI. 23 (Varr. Sat. fr. p. 48. 195. 238 Oehl. Juret. Auctar. Symmach. p. 313): ne unum quidem habuerit scriptulum, quod hirundinibus hospitis, Varro ut dicit Menippeus, ostenderet" (quae in codice sic consignata: hospitiis Varro ut dicit se thenippeus in hanc speciem: hospitibus, Varro ut dicit scilicet Menippeus" reformanda esse dicemus in Cinnae commentariis fr. XIII cf. Emendd. Scriptt. H. August. p. 502 Fleckeis. Ann. 1881), praeter Arnobium Lucretius I. 118: Ennius ut noster cecinit" cf. Avien. O. M. 347: dici ut auctor Plautus est". Inc. Carm. de Figuris 159: Trojanos facit ire ut divus Homerus, Aves ut" (cui solum Virgilium Aen. XII. 262: Invalidas ut aves" adhibuit Baehrensius). Bentl. Hor. Serm. II. 3, 215. Quid, quod non temere videmur hoc conjectura assequi, quae Varronem de Scylla prodidisse jam collegimus, ea in Gallo Fundanio posita fuisse, qua haec extarent verba: Inter Italiam et Siciliam, qui est fretus inter Rhegium et Messanam" (fr. p. 254)? Postremo commodum est quae de versibus 77-88 inquirendo exsequuti sumus jam nunc sic colligere, ut hanc affirmemus vere conformari orationem: sive illa, ut Varro perhibet, aetatis suae feminas pulchritudine supergressa et quaestu amantes populata, ubi pestibus et canibus malis repente vallata est, horribiles vidit circum se formas saevum hiscere (heu quoties mirata novos artus expalluit! quoties suos ipsa latratus pertimuit!), scilicet quod mulier deorum numen fraudare ausa est: haec ipsa est illa, quae "omnibus exposita mortalibus" (Quintil. Decl. XIV. 3 p. 297), quod canum ritu meretricium faceret, infamis meritorii more apud gentes fuisse narratur et a poeta doctissimo unius vocabuli ignominia concisa est".

V. 85-88.

Quam, male multiplici juvenum quod septa caterva Duxerat aevum animo meretrix luxata ferarum, Infamem calidi meritori more fuisse Docta pales Paphiae testatur voce papyrus.

Quae mala Scal. (Euseb. Chron.) Taubm. Quam modo Ar. (corr. m. pr.). Quam, mala omnes praeter Silligium. male Heins. et N. juvenum quoque vet. ed. ap. Nic. Loens. consaepta Sillig. saepta Heyn. Jahn. Ribb. Baehr. septa R. Scal. Burm. catervas A. — 86. Dixerat atque RHArLεα vulg. quam (poenam) Dixerat Sillig. Vixerat atque Scal. l. d. Heins., qui idem Vixit parque animo vel atque animo — aequata proposuit. Vixerat utque Baehr. Vixit eratque Haupt. Ribb. Struxerat ipsa Heyn. Duxerat aevum N. animo omnes. canum Burm. Ovid. Ib. 14 p. 21. modo Baehr. jactata omnes. agitata editt. ap. Heyn. et Heins. aequata id. Heins. vulgata Baehr. luxata (ante laxata) N. — 87. tali omnes. calidi N. meritor4 more HLα. meritorum more Rε. Sillig. merito rumore Cujacius et Paul. Leopardus Emendd. X. 24, Gudius, Cortius Lucan. IV. 813 p. 558. Vossius Hist. Graec. III p. 396. Scal. Burm. Jahn. Ribb. Baehr. meritori more N. — 88. Palaephatia α. vulg. palepaphie HAε. palepaphiae RArL. pales Paphiae N. pachinus RH. pachinnus H m. alt. A. pachynus ε Fabric. Scalig. ap. Voss. l. d. papyrus α Jan. Parrhas. Schott. Procl. Chrestom. p. 22. Voss. l. d. Phasinianus ap. Fisch. Pelaeph. p. XXXXXVI. Caelius Rhodiginus Lectt. Antiq. XXX. 34 (p. LI Fisch.). vulg. pagina voce Baehr.

Postquam Burmanno, quem nemo adhuc attulit hanc Ovid. Ib. l. d. inisse expediendi rationem: "forte scribendum: atque canum meretrix jactata ferarum hoc sensu: quam Palaephatus explicans fabulam testatur fuisse infamem, quod septa semper magna amatorum caterra omnes lacerabat maledictis et ideo jactata fuit id est ab omnibus publice dicta meretrix canum ferarum id est juvenum maledicorum" Heynioque "verba male dixerat latratum pro poena



SECTION FOR THE PROPERTY OF TH

Scyllae mutatae attributum — respicere" opinato non magis successit, quam Scaligero, ad cujus auctoritatem Hauptius quoque se applicavit, vel Heinsio inter varia consilia fluctuanti: post tot igitur conatus irritos quam diligentissime librorum insistendum est vestigiis. is, quem Baehrensius foedissimum vocat ac contemptui habet, manifesto arguit a nonnullis olim lectum fuisse: mala multiplices juvenum - catervas Duxerat", ut apud Propertium legimus II. 6, 21: numquam me ducet amica". Heins. Ovid. Met. VII. 123 p. 556 et Her. XXI. 182 p. 316. Burm. Met. VII. 301 p. 479 et Quintil. Decl. IX. 12 p. 200. Quo ipso errore ostenditur indicium ejus sententiae, quam in hunc modum par erat proponi: Scylla multiplici juvenum stipata caterva fuit dux mala et meretrix libidine efferata. Quae omnino re congruunt ad narrationem Heracliti c. 2 (vid. adnot. v. 88) cf. Meleagr. Epigr. LXVII: πάλι τὴν τουφεοὴν Σκύλλαν ἐποψόμεθα. Hieronym. 1. infra v. 88 d., verbis ad exemplum Propertii II. 2, 28: Egit ut evantes dux Ariadna choros". Burm. p. 225. Stat. Theb. XII. 226: Dux vesana chori. IV. 778: ne tarda Pelasgis Dux foret" cf. Ovid. A. A. III. 527: Dux bonus". συμποσίων καὶ θιάσον έξαρχος Abresch. Misc. Obss. Nov. III p. 34. Xenoph. Ephes. p. 176 Peerlk. cf. Schol. Vet. Stat. Theb. V. 672 p. 308. Sed hoc ipsum, quod posteriore loco posui, accuratius edisserendum est. Quod enim plerique tuentur: animo jactata ferarum, id a nullo adhuc satis explicatum exemplisque firmatum (nihil enim valet Scaliger: jactata hoc est plane θηριώδες έχμανεῖσα", nedum Barthius Adv. XXIII. 9: jactata erat pro jactavit dictum" aut Silii exemplum vel hoc X. 418: formido jactabat" vel illud II. 182: mersum pelago jactabat Ulixem", quo usus est Oudendorpius Lucan. I. 267 p. 38 cf. Cort. p. 80), jam iis, quae Conject. Stat. XI p. 200 cf. Claudian. Idyll. V. 23: Venus, quae laxat in otia curas" protuli: adque animum — laxata ferarum", retractatis non dubito quin melius fiat hac correctione: animo luxata ferarum", cui probandae sufficiunt hinc Heraclitus et quos memorandi copia erit in extrema hac adnotatione et v. 88, inde Paulus Diaconus Exc. ex Fest. p. 90: Luxantur a luxu dictum id est luxuriantur". Gloss. Labb. p. 110: Luxo (luxor) ἀσωτεύομαι". Plant. Pseud. IV. 7, 6: luxantur, lustrantur". Rigalt. Phaedr. IV. 4, 37 p. 244. Doederlin. Synon. II. p. 22 sq. Ea autem mutatione nihil excusatius esse declarant frequentissime inter se permixtae voces luctus et luxus Stat. Conject. XI. p. 200. IV p. 172. jactandi et lactandi XI p. 199. luctandi Heins. Sil. V. 506 p. 278. Burm. Lucan. V. 421 p. 340. add. Anth. Lat. IV. 402, 11: jam fata subi partu luctata sinistro": hoc enim praestat scribi, quam retineri: partu jactata". Itaque cum hoc loco commodum est comparare praeter Anth. Lat. II. 40, 1: Luxuriantem animo Poenum" Phaedrum l. d.: vitam quae luxu trahit" (qui locus facit, ut voce luxu sive luxuria libidinem Veneream ab Alcimo Avito ad Soror. p. 439 B. 440 B. et Iuvenco Hist. Evang. p. 497 B distincte designari addam) et Avienum O. M. 489: proferebant spiritum Vicem ad ferarum". D. O. 920: animam traxere ferinam", ubi immemor Claudiani Mall. 192: animosque ferarum Exuimus" et Statii Theb. VII. 580: tigres — in furias animumque redire priorem Impellit" talsa praecepit Wernsdorfius p. 829. Et his quidem consiliis probabilius quam Hauptius et reliqui nuper videbamur nobis rem expedivisse et confecisse; mox quum et vox mala longius disjuncta parum placeret et requirere aliquid coepissem, in quo vehementior quidam sensus consisteret, quam in isto: dux et meretrix erat, quod ipsum eam recipit reprehensionem, quae in codicum scripturam dixerat non cadit, eo animus inclinavit, ut sententiam arbitrarer restituendam esse hoc modo: male multiplici juvenum quod septa caterva Duxerat aevum, animo meretrix luxata ferarum". Nimirum hic quoque interpretes fefellit verborum insolentia



tar.

ro

se

nda

eis.

47:

us,

ntl.

em

ba:

mo

ut

nas

nte

tus

are

97),

t a

nes

eyn.

am

que eyn.

ata

nes.

jeo-

ahn.

pa-

VI.

ndi

ae-

rra

um

ena

I

B

non percepta. Nam quum saepius legatur vitam ducere (Lucret. II. 997. Virg. Aen. II. 641. Sil. XIII. 845. Maximian. Eleg. I. 265. Vorst. de Lat. falso susp. XIV p. 159. Buenem. Lactant. Inst. II. 11, 16 p. 909 sq.), vitam producere Virg. Aen. II. 637. Cir. 296 et quos attulit Cortius Lucan. IV. 377 p. 486 (ut animam producere Lucan. IV. 796. Juvenal. XV. 93. Avien. D. O. 1243, quem cum Lucano comparare fugit Wernsdorfium p. 1139 cf. Sen. I Controv. I p. 89 spiritum producere), apud Horatium invenimus Ep. II. 2, 202 aetatem ducere, ut apud alios juventam, senectam, virides annos Markl. Stat. Silv. V. 3, 92 p. 382, apud Symmachum Ep. I. 1: Hic consul clarum produxit Acindynus aevum" et Avienum D. O. 1257: producitur aevum (nam aevum idem esse atque aetatem constat Cir. 518. Virg. Aen. VII. 776. X. 53. 235. Sil. IX. 407. Claudian. Epigr. II. 1. Cort. Sallust. Jug. 1, 1 p. 405. Arntz. Arator. Epist ad Parthen 5 p. 269 cf. Sen. Hipp. 452: deus — aevum per suos ducit gradus"), quem admodum et protrahere vitam Avien. D. O. 1039 (proferre spiritum O. M. 489) dicitur et vitam trahere, animam trahere v. 920, quod Schradero rectius cepit Wernsdorfius O. M. l. d. p. 1197, Phaedr. IV. 4, 37: illi, quae vitam luxu trahit", quocum differt III. 7, 12. Virg. Aen. II. 92. Plin. N. H. XXVIII. 1, 2: vitam non adeo expetendam censemus, ut quoquo modo trahenda sit (cod. vet. Dalec. pertrahenda id est protrahenda). Ovid. Trist. V. 7, 60: Sic animum tempusque traho. Petron. 111: diem sine alimento. Claudian. R. Pros. III. 259 senium. Vox male autem, quae eo antecedit ordine, quo a Seneca haec scripta esse Thy. 3: Quis male deorum Tantalo vivas domos Ostendit iterum?" Gronovius docuit, idem valet atque "turpiter, summo cum dedecore", ut ait Oudendorpius Suet. Claud. 42 p. 719 cf. Sil. XVII. 34. Broukh. Tib. II. 4, 31 p. 245, cum male vivere multo saepius is dicatur, qui misere vivit Ruhnk. Ter. Hec. III. 5, 11 p. 224. Heind. Hor. Serm. I. 4, 109 p. 105 cf. Wytt. Plut. S. N. V. p. 93; nam "ad vicem ferarum", ut supra diximus, ista puella aevum produxerat. Sed jam ipsa litterarum fides contestanda est. Et vocem aevum quidem probabiliter restitutam esse declarant comparati loci Statii Theb. II. 27: a e que omnes. codd. at que (cui plures adjunximus adnot. Cir. v. 204 et Conject. Stat. XV p. 220 et Progr. Friedl. ad C. Horn miss. 1869 p. VI. add. Oud. Apul. Met. VII. p. 455) et Aetnae v. 60 cod. Helmst. Rehd. Arund. Et q. (que) in bellandum. edd. Atque in arma, quem versum hac ratione: Et vim impellentum quae cuique potentia divum, In commune venit" nuper sanavimus allatis exemplis et Silii XIV. 429: Qua nondum tamen impulerat vim Dardana lampas" (cf. Heins. XII. 15 p. 585. Cort. Lucan. VII. 16 p. 143. Burm. Val. Flacc. VI. 603 p. 561) et Manilii V. 686: adpellunt. codd. ad bellumque. I. 770 Pella. Vosss. Cus. bella. adnot. Stat. Ecl. Ult. 38 p. 61 sq. Ac licet Aetnae versui subjicere Claudian. B. Get. 475: Seque velut clausum. Vat. Flor, Medic. se veluti. Deinde ejus mutationis, qua nihil frequentius accidisse testantur quos nominat Drakenborchius Sil. XII. 221 p. 600 et Liv. XLVIII. 33, 1, rationem reddere satis est hoc documento Lactantii VII. 9, 15: vita, quam communem cum mutis animalibus ducimus. Lips. 2 dicimus. Tum vocem male aliquoties in mala vertisse pro comperto attulit Bentlejus Hor. Sat. I. 3, 25 p. 380, quod contra factum est Sil. XVII. 34. Drak. p. 843 cf. Stat. Theb. XI. 337: frangunt mala murmura dentes. Cort. Lucan. I. 101 p. 35 male. Denique rem adjiciam ab interpretibus praetermissam: non intelligi crebram vel densam juvenum catervam, ut est apud Lucanum in re diversa similiter loquutum III. 374: moenia — densa juvenum vallata corona. Marp. caterva, intelligi multiplices eos, qui "semper in omnibus varii sint" Spartian. Hadrian. 14 sive "versatiles ad omnia" Liv. XXXIX. 40. Cort. Sall. Catil. 5, 4 p. 32. Burm.



。 《中国生活》是其中国共和国生活的企业,在1916年,1916年,1916年,1916年,1916年,1916年,1916年,1916年,1916年,1916年,1916年,1916年,1916年,1916年,1916年

Vellej. II. 105 p. 515. Sen. Ep. 120 p. 483 Elz.: Praeter sapientem nemo unum agit: ceteri multiformes sumus", quale vere dicitur esse istud asseclarum "in omnia venalium" (Vellej. II. 83, 2) genus, quo Scyllam stipatam fuisse Heraclitus cap. 2 p. 313, 12 (cf. adnot. v. 88) prodidit: ην δὲ αὐτη νησιῶτις καλη ἐταίρα καὶ εἰχε παρασίτονς λοιμούς τε καὶ κυνώδεις, μεθ' ὧν τοὺς ξένους κατήσθιεν", quem locum iis, quos Hemsterhusius Lucian. Tim. 12 p. 362 contulit, addi oportet; nam in Gloss. Labb. est p. 142: παράσιτος — assecla". Gloss. Isidor. ap. Cang. I p. 71: Adseclae — pedissequi, lenones". Gloss. Amplon. p. 263 Oehl.: Adsaeculum turpitudinis minister. Adseculi pedesequi et lenones. p. 267: adsaecula domesticus. Adsaecular pedissequiset". p. 259: Adsaecula, chens (quod Leo theng vel thegn esse voluit, nos cliens cf. Barth. Gulielm. Brit. Philipp. V. 367 p. 329 sq. X. 205 p. 645). Wower. Petron. 31 p. 165. Ruhnk. Vellej. l. d. p. 157, qui omiserunt non omittendum scriptorem Decl. in Sallust. 8, 35 p. 1069: tu omnium mensarum adsecla — idem postea adulter"; quid, quod "aquariolos dictos fuisse mulierum impudicarum sordidos adseclas" auctor est Paulus Diaconus Exc. ex Fest. p. 19. Salm. Vopisc. Carin. 21 p. 864 sq. cf. Casaub. Lamprid. Commod. 2 p. 480. Dempst. Paralip. I. 14 p. 144 sq. Rupert. Juvenal. VI. 329?

Jam minutioris, sed necessariae curae est confutare et interpretationem Scaligeri: vulgaris lectio vult his verbis meritorum more id est, quod ita se in juvenes gessisset, quod ita de eis promerita esset" et eam emendationem, ad quam faciendam tot docti conspirarunt. Quid enim non modo inertius et quasi enervatius, verum inutilius promi potuit aut hac sententia: Scylla quod palam juvenum caterva stipata ferarum more lasciviebat, merito infamis malo rumore fuit (Brant. p. 639 et Pric. p. 352 Apul. Met. IX. Epist. Crit. nostr. de Ammiano Marcellino p. 19 sq.): quid dico: infamis fuit? immo vero infamis fuisse perhibetur certe ab auctore locupletissimo? aut singulis hisce verbis: infamis merito rumore et tali merito? Quis jam vel leviter monitus non sentiet ac percipiet in priore versu faciendum esse ut sermonis vis insurgat et vehementior aliquis sensus exsistat? Qualis sensus in promptu est atque eminet, si meritorii mentionem (quam praeter alios usurpavit Prudentius Hamart. 761: Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra" cf. Salm. Vopisc. Tac. 10 p. 611 sq. Arntz. Aurel. Vict. Caes. 28, 3 p. 391) inferendo mulierem libidine immanem statuas infamem fuisse meritorii more (quem fere ad modum apud poetas invenimus palaestrae morem Barth. Adv. XXVIII. 1. Bentl. Hor. Carm. I. 10, 4 p. 31 sq. cf. Prop. III. 12, 1). Proximum hoc est, ut vocem tali, quam et suspiciosam facit versus brevi intervallo diremptus 89: tali de clade" et in aliis etiam hujus carminis locis fraude mala librarii invexerunt (v. 249. 254), facta unius litterulae mutatione allataque accessione ejus syllabae, de qua in extrema hac adnotatione explicabimus, illustri freti testimonio Juvenalis VI. 121: Intravit calidum veteri centone lupanar" ad hanc speciem revocemus: calidi cf. Dempst. Paralip. I. 14 p. 145 A. 139 C.

Atque haec quidem cur recte dici credamus, firmissimum hoc afferri videtur, quod Callimachi versum habemus in hanc sententiam scriptum (omissum a Tiraquello Alex. ab Alex. G. D. IV. 18 p. 1131): Σχύλλα γυνη κατάκασσα καὶ οὐ ψύθος οὔνομ ἔχουσα fr. 184 p. 250 (p. 440. 177 Schneid.). Unde lux affunditur loco a doctis omnibus gravissima corruptela depravato. Pellendum enim e medio est quod penitus insedit quamvis plane novum et nullo exemplo cognitum vocabulum Palaephatia (Phasinian. Praef. Palaeph. p. XLVI), cui vehementer reclamat et codicum consensus et ipsius Palaephati fides Incredib. cap. XXI, restituendum nomen Paphiae, non quo hoc defendam ipsam illam vocem κατάκασσαν his: Palaepaphia voce



41.

nt.

ilit

en. 89

ud

m-

II.

or.

em

tur M.

rg.

Sic

59

3:

ue

Sil.

re

ut.

obi-

ue

rn

nd.

nlis

15

d -

38

at.

os

est

IS.

us

7:

ab

ud

a.

m.

perhiberi repetitam esse ex sermone Paphiorum sive, si diis placet, Palaepaphiorum hominum a Cinyrae usque memoria (Meurs. Cypr. II. 9 p. 109 sq.) pro causa Veneris mire disertorum, sed ut in auctoritate librorum, qui tenent palepaphiae manendum esse arbitratus hunc edicam scribendi modum, quo nihil usitatius est (cf. Lucan. V. 494: voce doloris Utendum est." Calpurn. Decl. XLI p. 832: confessionem sceleris appellas vocem doloris", quem locum neglexit Cortius p. 643): Docta pales Paphiae testatur voce papyrus" sive mavis palae (cf. Oud. Apul. Met. II. p. 96 sq.): nam et palen vocabulum a latinis scriptoribus receptum esse docuimus Conject. Stat. III p. 166 post Beroaldum Apul. Met. I. p. 41, Ciris scriptorem autem a graecorum nominum usu nequaquam abhorruisse constat (vid. adnot. v. 4. 67), et in ludo Venereo proprie poni compertum habemus παλαισμοσύνην 'Αφροδίτης Nonn. XLIII. 435. Schrad. Animadv. ad Mus. c. I p. 125 cf. Arntz. Aurel. Vict. Caes. 11, 5 p. 340 sq. Boiss. Philostr. Ep. 42 p. 122. Jac. Achill. Tat. p. 964. colluctationes Venereas Apul. Met. IX p. 600. II. p. 132. Lactant. Instit. I. 17, 13. Veneris luctamen Epithal. Laurent. 78. Anth. Lat. III. 272, 3. Martial. X. 55, 5: post opus et suas palaestras. cf. Alcim. Avit. ad Soror. p. 437 B: inque suos invitam adducere nexus. Prop. II. 1, 13. Indidem emergit, qua ratione vere expediatur de ea re, in qua non mediocriter laboravit Heynius: papyrus commoda lectio — nec tamen dictu facile, quomodo ea in Pachynus abire potuerit. Scaliger eo nomine poema seu opus μυθολογικόν Palaephati fuisse suspicatur, quod de Siciliae fabulosis multa continuerit, cum Pachynus Siciliae promontorium sit. Verum quod eam suspicionem juvet vel firmet, nihil occurrit". Facili enim conjectura colligitur doctam papyrum dici eum libellum, quo Cyrenaeus poeta τὰ ἐν Πελοποννήσω καὶ Ἰταλία θανμάσια καὶ παράδοξα aut, quod malim, Αίτια (ut O. Schneiderus p. 112) vel Ἐρωτικά (Schneid. p. 18 sq.) complexus fuit, alteram vocem autem ab iis prave detortam esse, qui quum sive comparationis (Cir. v. 41) sive interpretationis gratia adscripta esset pagina, quod imperite in unum confusum invenissent paginus (cf. Gloss. Labb. p. 167 σελίδες. Pagines"), id hoc modo emaculasse sibi viderentur: Pachinus scilicet ea arte usi, qua in v. 58 pro unam esse (ex) protulerunt messanam, messem, in v. 299 pro nec patrio Naupharto, in v. 441 pro venales Maenalias, ne attingam illud genus, de quo absolvam v. 408. 464. Etenim vocem papyrum in librorum mentione ut frequentius quam litteram (Coripp. Praef. Jo. 10. Mazzuchell. v. 5 p. 211), ita rarius quam chartam (Burm. Anth. Lat. II. 122, 13 p. 293. 243, 14 p. 429. Heind. Hor. Serm. I. 10, 4 p. 208. Ovid. Trist. III. 1, 4. Catull. 68, 46. 1, 6. Pers. V. 62. Culic. v. 24, quem versum meliorem videor facere hac correctione: Et tu, cui merita asseritur fiducia chartis - meis") et paginam (Martial. X. 4, 4. Claudian. L. Seren. 162. Achill. Stat. Catull. 69 p. 266. Santen. Eleg. ad Manl. p. 11. Burm. Anth. Lat. III. 128, 9 p. 582. Schwarz. de Ornam. Libr. Vett. II. 5 p. 48. Wopk. Misc. Obss. Nov. VIII p. 913) positam esse intelligitur exemplis Catulli 35, 2: Poetae tenero, meo sodali velim Caecilio, papyre, dicas". Martialis III. 2, 4. Juvenalis VII, 101. Ausonii Epist. 7, 47: Fac campum replices, Musa, papyrium". Sereni Sammon. 9. Munck. Fulgent. I p. 612. Arntz. Sedul. Carm. I. 6 p. 34. Cujus rei ignarus Baehrensius, ut est judicio praeceps, sibi persuasit extitisse, qui versus modo lecti 41: Nostra tuum senibus loqueretur pagina saeclis" immemores hanc verborum perspicuitatem: testatur pagina voce", quam parem esse vides Paulino Petrocor. de V. Martin. V. 710: Historici felix testatur pagina libri", non elevare in animum inducerent, sed pervertere istis ineptiis: testatur voce Pachinus. Verum praestat illuc reverti: meritorii enim mentioni adjunctum esse nomen κατάκασσαν indicat

REPORTED THE PROPERTY OF THE P

Hesychius II p. 170: Κατάκασαι αι διὰ τὰ ονείδη ὑπὸ αἰσχύνης ἐπ' ο ὶκίας μένουσαι. p. 159: Κασανφείοις. ο ίχοις, εφ' ών αι εταιραι εκαθέζοντο, δθεν και την πόρνην κασανράδα έλεγον. Meretricem autem Scyllam usurpavit non hercle Palaephatus, sed, ut supra dictum est, Heraclitus, quem auctorem dedit Hemsterhusius Callimach. l. d., cap. 2 p. 313, 12: ην δε αντη νησιώτις καλ η εταίρα καὶ είχε παρασίτους λοιμούς τε καὶ κυνώδεις, μεθ' ών τοὺς ξένους κατήσθιεν et Anaxilas Athen. ΧΙΙΙ p. 558. A: 'Όςτις ἀνθοώπων εταίραν ηγάπησε πώποτε, Οὐ γένος τις ἄν δύναιτο παρανομώτατον φράσαι. Τίς γὰρ — Χάρυβδις ἢ τρίπρανος Σπύλλα ποντία πύων — Εἰς ὑπερβολὴν ἀφῖκται τοῦ καταπτίστου γένους; C: 'Η δέ Ναννώ τί νῦν διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ, cui alios addidit Mitscherlichius Hor. I. 27, 18 p. 257 sq. cf. Savar. Sidon. Apollin. Ep. IX. 6 p. 572 omissis Isidoro II. 12, 6 p. 76: Scyllam non marinam, sed maritimam feminam nec succinctam canibus, sed rapacem aliquam et inhospitalem venientibus extitisse," cui hoc reddere non dubito: meritoriam feminam," uti pueros meritorios legimus apud Ciceronem Philipp. II. 41 cf. Salm. Vopisc. Tac. 10 p. 612, et Hieronymo Epist. ad Heliodor.: in illo aestu Charybdis luxuriae salutem vocat: ibi ore virgineo ad pudicitiae perpetranda naufragia Scyllacaeum renidens libido blanditur," quem locum qui sic: Scyllaeum renidens" non modo ab Erasmo, sed etiam a Turnebo Adv. XIX. 21 p. 608, 16 correctum esse incompertum habuit, Columbus ad Anonym. de Ulix. Err. 8 p. 132 sq. ipse deteriora haec commentus est: Scylla saevum renidens".

Ian vero reddendum est, quod propter vocem calidi supra reconcinnatam deberi non potest. Nam syllabam di superscribi solitam esse his licet testatum facere exemplis: Lucret. V. 1124 invidis. codd. Wakef. p. 186 invia (cf. Liv. IX. 38, 5: saltus invios. Lov. 1 invidos. Claudian. IV C. Hon. 607: Caspia Lovan. Caspida.) Prop. III. 7, 38 Cadmidi (Emend. Prop. Spec. c. II p. 6). codd. Cadmi. Martial. XIV. 164, 1 Splendida. Voss. Splenda. Cir. v. 139 per ludiera. codd. perjuria. aliisque Conject. Stat. c. I p. 160. Cujus rei ignoratio hoc effecit, ut Baehrensius licentia grassatus Tiberiani verba I. 10: Auro flore praeminebat forma dionis rosa" sic innovaret: Aureo flore eminebat cura Cypridis rosa" et duo praeterea veluti corollaria offerret, alterum: Aurea forma eminebat flos Dionaeus rosa, alterum: De cruore praeminebat facta Cypridis rosa." Quasi vero lateat litteras: a dionis" eo, quo dixi, supplemento vere expleri subrogataque (quod satis tuto facere licet per libros Cassiodor. XI. 6 p. 164. b: praesulis sui famam. ms. formam. Claudian. Sec. C. Stil. 258. Stat. Achill. I. 394: formam variare. codd. famam narrare vid. adnot. Cir. v. 477) Martial. II. 39, 1. famosae. Wolfenb. formosae. 47, 1 Voss. Wolfenb. Leid. formosae et quos indicat Burmannus Ovid. Her. IV. 27 p. 42. IX. 70, p. 124) voce fama eandem exsistere sententiam, quam Philostratus Epist. 29 sic expressit: τὰ ὁόδα-ὑπόδεξαι εὐμενῶς ἢ ὡς ᾿Αδώνιδος ὑπομνήματα ἢ ὡς ᾿Αφροδίτης βαφήν: nam ex ipsius Adonidis sanguine rosam natam esse auctores sunt, quos Niclasius Geopon. XI. 17 p. 815 et qui Niclasio subtilius disseruit, Heringa Obss. VIII p. 67 cf. Boiss. Nicet. Eugenian. IV. 255 p. 219 et Philostr. Ep. 27 p. 96 commemorarunt. Quod autem simile isti adionis reperitur in Anth. Lat. I. 21, 3: Flos Ariadnaee (Ariadene Vatic.), id nullo conjectandi artificio attigit p. 304 Baehrensius, nos sic in Electt. Crit. p. 29 sq. restitueramus: Dusares, Edoneu. Verum porro urgenda est Tiberiani causa. Nam ne reliqua quidem oratio: omnium regina odorum vel colorum Lucifer" ferri potest ullo pacto. Scilicet omnes fugit reminisci et vocis vel eum usum, qui multifariam cognoscitur (ut Claudian. B. Get. 131: Pectora Fabricii donis invicta vel armis." Rutil. I. 40: Perpessus Geticas ense vel igne manus. Priscian. L. Anastas. 7: cui debes omnia soli Prospera, quae bellis pariter vel pace tulisti". Salm.

um

lut

am

ırn.

tius

II.

ect.

um

m-

3. I

ill.

. I.

5:

du-

qua

110-

ae-

ro-

im

EV

rus

ve

ota

67

ISI,

ec

uo

am

m.

st.

ere

m

nl.

k.

ro,

nii

I

os,

1a

se

on

m

Capitolin. Anton. Phil. 17 p. 356. Ver. 8 p. 423. Lamprid. Heliog. 16 p. 824. Munck. Fulgent. II. 19 p. 700. Arntz. Arator. Ep. ad Florian. 12 p. 9), et exempla Columellae X. 290: micat ore corusco Hesperus" et Hilarii Genes, 67, cui in Cinnae commentariis fr. II dicemus hoc restituendum esse: Lucifer roseus — sed fulgidus ore Hesperus" cf. Sil. IX. 180: nox — roseo cedebat Eoo" et quae in Cinnae fr. l. d. addentur. Quibus certis auctoribus videmur stare Tiberiani versus hac medendi ratione, quam suppeditat Drakenborchius Liv. XXXVIII. 13, 4 cll. IV. 51, 6, reparandos esse arbitrati: Omnium regina odorum vel colorum, ut Lucifer, Aureo ore praeminebat, fama Adonidis, rosa" sive praestabilius esse assentiris: praenite bat, quod subrogare licet per Oudendorpium Suet. Calig. 15 p. 486 et Drakenborchium Liv. XXI. 58, 3 permixtarum vocum eminere et enitere testes cf. Luxor. Anth. Lat. V. 85, 4: supereminet astris. Cup. superenitet (quod ipsum verbum in Laurentii Epithal. 34: Lilia ceu niteant pro radiant, ut nostrum fert judicium cf. Drak. Liv. IX. 29, 9 consignatum Baehrensius in hanc formam mutare ingressus est: lucent). Ac similiter Luxorius 75, 5: Haec florum sidus, haec Lucifer almus in agris, Huic odor et color est dignus honore poli", cui subjungere juvat praeter Paulum Manutium ad Hieronymum Columnam p. 25 Gher.: Hesperus — Inter nitet stellas vagas Et rosa fragrantes flores tulit inter honores Cruore tincta Cypriae" auctorem Elegiae de Rosa Anth. Lat. III. 192, 5: Ambigeres raperetne rosis Aurora ruborem An daret", quorum exemplis neglectis Pierius Valerianus carm. in rosam Fragrantiani p. 1367: si das odorem, inquit, ab almo consecuta est Phosphoro. Sed eidem Luxurio Epigr. 78, 7 (376 p. 148 Mey.): Jam puto coelicola est, ubi numina regnant (cod. Leid.: caelicolus") Baehrensius non vidit restituendum esse: puto, Callicolonus adest," quod Progr. Friedl. ad C. Horn miss. 1869 p. VI. proposuimus Leutschioque (Jnd. Philol. ann. prox.) persuasimus, nec magis profecit ad ejusdem verba Epigr. 17, 4: Pinguia benenutus. tra Molorchus habet" in eum modum, quem suasimus in Sinide VIII. 3 p. 178, reconcinnanda: Pinguia Bembinae lustra Molorchus habet." Verum nolo longius in hac parte exspatiari; quam multi enim hac quoque aetate quam lenti sint ad fabularum fidem explorandam, et in hoc ipso libello (cf. adn. v. 140. 173. 303. 307. 326. 350 408. 471. 473. 477. 534) et in Poeticarum Fabularum Delectu, qui inscribitur Sinis, et in Quaestionibus Manilianis, quas propediem a Fleckeiseno editum iri sperare licet, sat idoneis documentis videmur coarguisse.

V. 89. 90.

Quidquid adhuc quisque est tali de clade locutus, Omne sinam: potius liceat notescere cirin.

V. 89. Quidque et ut omnes (Quicquid RHLAsa). quisquis AL edd. ap. Heyn. quisque ε. quisque est RMAra vet. ed. ap. Loens. vulg. Quidquid et (vel id) est, tali quod quis Heins. Quidquid ad huc quisque est N. loquutus L. — V. 90. Omnia sunt LAAre vett. edd. ante Ald. Omnia sint potius, liceat α Scalig. Omnia sint: potius Burm. Heyn. Jahn. Omnia sim H. Omne suam R. Somnia sunt Heins. Baehr. Nisaeam susp. Sillig. Mnemosyne, potius Haupt. Ribbeck. Schwab. p. 12. Omne sinam N.

Quod magno verborum honore collaudavit Schwabius: Egregiae emendationi Mnemosyne Catullianum locum 68, 47: Sed dicam vobis (deae), vos porro dicite multis milibus favere manifestum est", Hauptii inventum (quod perstringam adnot. v. 140 not.) dubitari nequit quin nec satis congruat cum mentione Pieridum v. 94 cf. 55 subjuncta et posthabendum sit vel



ei vocabulo, quod et ab optimorum librorum paene nihilum distat et orationem ab Hauptio inchoatam potius, quam apte expletam facit planissimam: dico autem vocabulum somnia ab Heinsio (non incommode, ut fateor memor Claudiani Epigr. 31, 3: Quidquid - Phoebus anhelat, Carmina sunt") propositum, quam rem ab Heynio traditam silentio tamen praetermisit et Ribbeckius et Baehrensius hic quidem suopte ipsius ingenio repertum esse illud somnia ita professus, ut ne Zingerleus quidem p. 981 Heinsii memoriam instauraverit. Verum enim vero hoc ipsum quanto litteris est commendabilius (argumento sunt libri Claudian. R. Pros. III. 132: portendant omnia. Petavv. somnia vet. Gyr. Lactant. Jnst. VII. 15, 19: admirabile somnium. Lipss. admirabilius omnium. edd. admirabilis omnium. Lydiae v. 45: fama locuta est Omnia. Heins. Somnia. Culic. v. 60: probat illis Omnia luxuriae spretis. Haupt. Somnia), tanto ab re ipsa atque a veritate est sejunctius. Tantum enim abest, ut rationis fuerit ea, quae magni scriptores (v. 54. 62. 88 cf. Nemesian. Cyn. 46) prodiderunt, vocare somnia sive vana commenta (cf. Burm. Petron. 10 p. 56 et Claudian. B. Get. 228 p. 448. Jacobs. Callimach. fr. 33, 2 p. 155 Blomf.), ut quaecunque res curiosius et per verborum ambitum commemoratae sunt v. 54 — 89, eas omnes Callimachei cujusdam somnii dignitati (Jacobs. Del. Epigr. IV. 79, 1 p. 112 cf. O. Schneid. Callimach. fr. 41. 114) pares judicari oportuerit. Neque hoc non liquet: istam proximae praefationis modestiam: potius, lice at repudiandis aliorum scriptorum argumentis sufficere nullo pacto. In diversum igitur transeundum est et in eam quidem partem, quo Rehdigerani libri auctoritas dirigit non perplexe. Cui enim illas reliquias: suam, a quibus ne ceterorum quidem librorum memoriae: sim. sunt id est sum cf. Sinid. p. 222 multum discrepant, intuenti et contemplanti non hoc dilucet: sin am (cf. Cir. v. 239 nesciat. codd. nec sinit. sinat), deprehenso autem sinendi verbo non apparet a poeta hanc sententiam enuntiatam fuisse: quaecunque singuli, quicunque sunt, de tali clade locuti sunt, ea omnia jam relinquam: hoc potius efficiam, ut ciris notescat", enuntiatam autem et ad proxima potius lice at apte congruenterque et simili modo atque ab Ovidio Trist. I. 6, 6: Si quid adhuc ego sum, muneris omne tui est." Lucano IX. 778: abstrusum fibris vitalibus omne, Quidquid homo est, reperit pestis". Plauto Amphitr. II. 1, 52: ordine omne, uti quidque actum est, edissertavit. Cic. Verr. II. 3, 101 poscet omne, quantum exaravero", Broukh. Prop. IV. 8, 30 p. 454 cf. Gron. Senec. Herc. Oet. 49 p. 603. Claudiano B. Get. 239 cod. Medic. Vatic. Farn.: si quod (signum) fortasse quies neglexerat, omne addidit ira Jovis" cf. Mall. Theod. 68: Discutiens quod quisque novum mandaverit aevo." Quam rem quominus interpretes perspicerent, impedimento fuit usus verbi sinere, quem a nullo adhuc exploratum, ut infra v. 477 obtinebimus, nunc monstrasse satis est Virgilii versu Aen. IX. 620: sinite arma viris" cum Claudiano Eutrop. I. 277: Bella relinque viris" comparato et Avieni Progn. 351: trepido petit astra volatu Stagna sinens. vid. Sinid. c. I. 1 p. 5. Ecce autem aliud succurrit. Namque si libri praestantissimi testimonio innixi versum 90 in pristinum statum redegimus, affirmare hoc liquido possumus vitium gravissimum inveterasse in versu proxime superiore. Quas enim voces mirari subit adhuc nemini per se ipsas ad reprehensionem notabiles visas esse: et ut, eas consentaneum est in unam hanc conjungi: adhuc. Quae sic scripta: athuc, ut invenimus in Medic. Virg. Aen. VI. 896, in eodem et Palat. IV. 3190 in Palat. II. 142. X. 855. XI. 70. 419. 498, hos genuit errores, ut vox at in et, inde omissa adspiratione littera c in t verteretur; quos errores dedita opera percensendi alias copia erit; nunc ea utendum est brevitate, ut haec excerpamus exempla: Claudian. Ruf. I. 162 dixerat et. Ambros. sec. dixit ad

II.

re

OC

0:

us

II.

er,

e-

W.

4:

g-

us

25

ne

in

ed

nt

18

d.

ia

ac

X-

4)

as

10

nt

V.

LS

el

haec. B. Gild. 346 solus at hic. Vatice. pr. Pric. Ois. adhuc. R. Pros. III. 91 hanc. Voss. sec. haud. 285 aut. Voss. sec. haud. Vatic. pr. Barthol. Tholos. haec. 67 at procul. Vatic. Voss sec. hoc. Idyll. III. 10 hac. Flor. ac Vatice. Rott., ut Eleg. ad Messall. 44. Lucan. IX. 444 hac. Guelf. ac suprascr. h. 74: ignis adhuc. Vratisl. 5 et adhuc cf. Coripp. Io. I. 190 utque Triv. husque. Quibus allatis apparet hic vocem adhuc minore conatu reconcinnatam esse, quam quo apud Lucanum IX. 1050 hoc contra factum est, ut apud (aput) in Guelf. 12 ad duo haec deduceretur: ad hoc, quae vix ab altero illo: adhuc dignoscuntur Oud. Suet. Aug. 25 p. 197.*

fr

Jo P

C

et

tida

a

id

p.

tu

q

de

ci

ra

CU

in

tin

27 X

(cc

Pe

sti

L

Vi

Al

ut

(ec

FI

Pa

ST

62

qu

a

18

V. 94.

Pierides, quarum castos alvearia postes Munere saepe meo inficiunt.

altaria RHArLεα, vulg. violaria vel topiaria susp. Heyn, libamina Sillig. alabastria Bergk. Mus. Rhen. VII p. 160. Ribb. Baehr, calparia Haupt, alvearia N.

Postquam exquisito et constituto verborum hoc ordine modoque: Quare quae cantus meditanti nectere graecos (Magna inii cupidus) tribuistis barbita dia, Pierides — nunc — novum aeterno praetexite honore volumen" pro percepto hoc eruimus: poetam incepti carminis Eratosthenici (v. 5) memorem hoc profiteri et prae se ferre: sibi magnum opus meditanti barbiton beneficii loco datum esse a Musis, quarum ara omni donorum genere cumulari saepe solita esset," reliquum est, ut de ipso versu 94 expediam. Etenim qui id vocabulum, quod cum plerisque tum Paschalio Coron. III. 10 p. 174 et Vossio Virg. Georg. II. 475 p. 437 satis placuit: altaria (nescio an consulto omissum ab Oudendorpio Lucan. III. 404 p. 224 et Apul. Met. XI p. 774), in alabastria recte convertisse Ribbeckio et Baehrensio visus est, Bergkius non levius erravit, quam Hauptius, qui quod Phil. I p. 663 proposuerat: calparia adversus Bergkium defendere perseveravit Relatt. Menstr. Acad. Berol. 1858 p. 664. Quo enim certum quoddam sacrificii genus definite distincteque designaretur (ut

^{*} Subit hic recordatio Capitolini Gordian. 32: Hermae quales praeter urbem, ut tunc, nusquam in orbe terrarum", cui nuper Petrus Ann. Fleckeis. 1884 p. 84 sibi persuasit hoc posse reddi: praeter urbem utcunque nusquam - ", quo commento vel hoc: utuntur, quod Jordani invento: visuntur simile memoria Arntzenii Aurel. Vict. Caes. 18, 4 p. 360 animo subjecerat, tolerabilius visum est. Nunc faciliori auxilio laboranti veritati subveniendum putamus scribendumque: quales (esse) praeter urbem autumant nusquam", ut Lactant. de' M. P. 16, 1: praeter Gallias ab oriente usque ad occasum tres acerbissimae bestiae saeviebant" cf. Buenem, de Ir. 14, 2 p. 1065. Emendd. Arnob. (Anal. Prop. c. XI) p. 72. — Licet reliquos locos, qui a Petro l. d. p. 75—80 in disceptationem adducti sunt, sic percurrere, ut in ipsa eorum, quae ille opinando exprompsit, comparatione nostri judicii firmamentum reponatur. Spartian, Hadrian. 20: dixit et veteranorum nomina, quos aliquando dimiserat et ignotos quidem plurimis. libros strictim lectos memoriter reddidit" P. libros statim lectos et ignotos quidem plurimis memoriter reddidit" N., siquidem ipsa codicum memoria ab omni incommodo et detrimento sincera atque integra conservanda est, quum Petri intelligentiam fefellerit illius ordinis insolentia, quo verba statim lectos reddere ad morem Graecorum collocata leguntur, quem ordinem cum multis exemplis tum Palladii loco I. 35, 13: ventriculum vervecis statim occisi — operire" testatum faciemus adnot. Cir. v. 185. - Capitolin. Marc. Ant. Phil. 10: multis equitibus vel pauperibus sine crimine senatoribus dignitates tribunicias aediliciasque concessit" P. multis ex se natis" (cod. senatibus cf. Tac. Ann. XI. 21) N. — Pertin. 4: vaticinationibus carminum" P. sagarum" (cod. earum) N. — Ver. 7: ad Euphraten tamen impulsum comi-

ab Juvenco Hist. Evang. IV p. 513 A.: frangensque alabastrum, Quo pretiosa inerant late tragrantis olivi Unguenta") atque haec orationis pars illi, quae florum mentionem habet. par fieret, oportuerat exiguo litterarum discrimine reparari alvearia (Virg. Georg. IV. 34. Coripp. Jo. I. 436) sive alvaria, uti scriptum in vetustissimis quibusque codicibus inveniri testantur Pierius Virg. l. d. p. 198. Heinsius Adv. IV. 9 p. 622. Gudius Phaedr. III. 23 p. 68. Burmannus Claudian. R. Pros. II. 125 p. 582, quod nomen ad rei hic descriptae veritatem videatur esse maxime appositum, quia Musis, id quod et Heynius ignorat "victimae sanguinem" commemorans, et Zingerleus, qui alvearia spernenda sibi putavit p. 984, melle aqua diluto fieri auctor est Polemo. p. 73 sq. Prell. cf. Siebel. Philochor. p. 26. not. 41. fr. 31 p. 389 Muell.): νηφάλια - ίερα θύουσι Μνημοσύνη, Μούσαις, 'Hoĩ -. Ut aliquam cam hoc loco comparationem habeat Claudianus Nupt. Hon. 208: Hi contra nitidos postes obducere myrto Contendant; pars nectareis adspergite tecta Fontibus", qui idem similiter atque Ciris auctor alterna caltha alternas algas usurpavit v. 157: Alternas violis Nereus interserit algas," id quod omisit Baehrensius p. 187. Recte autem cultoris munere (Catull. 65, 19. Sillig. Cir. p. 220. Valg. p. 390. Priscian. Perieg. 73: Herculeo celebrant qua metae munere Gades") dicuntur alvearia postes inficere et hyacinthi in foribus flores (Paschal. l. d.) deponere, ut herba. quae secatur, falce comam deponere a Seneca Med. 721: illa Pangaei jugis Teneram cruenta falce deposuit comam". Denique de mutato loquendi genere, quo alvearia potius, quam mella cum hvacinthis ac narcisso composita invenimus, conferre satis est exempla Claudiani L. Seren. 64: fruges, a eraria, miles Undique conveniunt" atque Ovidii Fast. IV. 437: Illa legit calthas, huic sunt violaria curae" et Columellae X. 259: conniventes oculos violaria solvunt Oscitat et leo et — rosa praebet honores Coelitibus" cf. Senec. Herc. Oet. 18: Sparsit peremptus aureum serpens nemus."

tum suorum sequendo profectus est" P. tantum impulsu comitum — sero profectus" N. (cod. secundo cf. Cassiod, Var. IX. 12 p. 137 a seris: secundis). — Spartian. Sever. 6: eos ipsos pertimescendo, quibus recte invidebat" P. de quibus se exserte vindicabat (codd. pertimescens de - judicabat. Palat. ex corr. pertimescendo quibus. vid. Duk. Flor. I. 22, 4. p. 196. Plin. Ep. IV. 11, 14. Vorst. Sulpic. Sever. Hist. Sacr. I. 27, 4 p. 96. cf. Buenem. Lactant. II. 3, 20 p. 181. add. et Culic. v. 276 vindicat. Voss. judicat. Drak. Liv. XXXIX, 47, 2 et Claudian. Ruf. II. 401 exerto. Vatice. Pal. Medic. 2 erecto. Conject. Stat. XX. p. 280. — Capitolin. Clod. 6: Albinum sibi paraverat subrogare" P. illum sibi paraverat pittacio subrogare" N. (codd. BP.: illum sibi paraverat Pescennio subrogare. vulg. Albinum sibi cum Pescennio p. s. cf. Papias: Petatia — epistola." Hadrian. II Ep. ad Carolum Calv. ap. Baron. Ann. 871 n. 87. Cang. Gloss. III p. 289: constituimus — archiepiscopum — per pitacium." add. Clod. cap. 10. — Spartian. Sever. 22: post murum apud Luguvallum visum in Britannia — Aethiops quidam — eidem occurrit" P. post Maurum apud vallum visum" N. (cod. murum apud vallum missum, Madvig.: post taurum — missum). vid. Claudian. Sec. C. Stil. 344 Mauri. Jun. pr. muri; de duplici autem omine Dempst. Paralip. III. 8 p. 447. C. Tiraquell. Alex. ab Alex. G. D. V. 13 p. 151. Artemid. Oneirocr. IV. 38. — Caracall, 9: corpus — Antoninorum sepulcro illatum est ut ea gens reliquias ejus acciperet, quae nomen addiderat" P. ea sedes — quae nomine addicta erat" N. (cod. sedes — nomen addiderat) cf. Kirchm. de Fun. III. 10. p. 256 sq. Emend. nostr. Hist. Aug. p. 212 Fleckeis. Alcim. Avit. V. p. 419 B sede sepulcri. Juvenc. Hist. Evang. IV. p. 512 B. tumuli sedem. add. Eumen. Pan. Constant. 17, 1.: tanto deorum tibi est addicta consensu — hostium internecio. Arator. II. 806: Tertia sors addicta feris." — Lamprid. Alexandr. 21: promovendis etiam sibi adnotabat et perlegebat cuncta pittacia et subscribebat diebus etiam pariter adnotatis et quis quo esset insinuante promotus" P. et sic sat sciebat, ex quo quis — esset promotus" N. (cod. et sic faciebat — adnotatis et quis —) cf. Capitolin. Macrin. 1: quasi sciendum sit — quos quando promoverit. — Vopisc. Aurelian. 11: quantus fuerit Aurelianus a puero" P. aetate tenera" N. (codd. et re vera). Et haec quidem supplementi nomine accedunt iis, quae in Ann. Fleckeis. 1879 p. 493 - 512. 1881 p. 209 - 224 de locis Hist. Aug. controversis disseruimus. 4

SS.

ic. 44

1e

se,

10

g.

ck.

us

es

m

m

m

m

io

io

3

1.

at

ое

e

1.

Ρ.

30

1e

et

10

is

1:

V. 138-143.

Idem tum tristes acuebat parvulus iras
Junonis magnae, cujus per ludicra (divae
Callimachi meminere deum pia jura) puellae
Non ulli licitam violaverat inscia sedem,
Dum sacris operata deae lascivit et extra
Procedit longe a matrum comitumque caterva.

in

n

V. 139. iras. Junonis Scalig. Sillig. Ribb. Baehr. iras Junonis Burm. Heyn. Jahn. magnae) "lacuna in ε" Ribb. cujus perjuria divae omnes. perjuria, Divae, Olim Scalig. per jura Dianae ed. Fabric. fera jurgia Heins. Baehr. per ludicra N. antea dubitanter idem Heins. — V. 140. olim se RHArlea Scalig. Burm. Jahn. si Sillig. di Ribb. olim ipsae Baehr. o nolim vel hoc nolim vel nolim te (me minisse tui) Heins. o nimium Koch. p. 3. Sic Musae Schwab. divae Callimachi N. me minere omnes (Sillig. Ribb. Schwab.). meminisse Heins. me moris Koch. metuere "scripsi et post me iterum Hauptius" Baehr. diu RMArlea vulg. ut jam Ribb. (Schwab.). eh eu Baehr. (memoris) precibus Koch. deum N. perjura RHAr. Scalig. Burm. Sillig. Jahn. Ribb. peritura L. Baehr. jurare vel temerare Heins. placare Koch. ut perjurare Schwab. pia jura N. puella H m. alt. (puelle m. pr.). Baehr. — V. 141: non nulli RHArea. nulli non Ribb. Baehr. nulli (om. non) L. nunc nulli Schwab. non ulli Scalig. Heins. Burm. Jahn. Sillig. (a quo hoc falso repetit Ribbeckus). liceat RHAra. liceant Ribb. Lictam (suprascr. m. pr. relictam) L. lictam ε. liceat vel licitum Heins. licitam N. sanctam Baehr. liceat. Violaverat Scalig. Burm. Heyn. Jahn. — V. 142. hec dec ε. — V. 143. Procidit R. longe omnes. longe a N. macrum R. marcum Ar. caterva RHArlea caterva m Junt. vulg. "an catervas?" Baehr.

Ventum est ad locum maxime perplexum, de quo quae docti homines ut magnis ita irritis conatibus protulerunt, omnia excutere operae est infinitae. Faciam igitur nec damno voluntatis et orationis compendio, quod huic causae maxime congruit, ut brevi in conspectu singula deinceps inventa ac commenta ponantur. Igitur ut Heynium omittam, qui onnes difficultates solito more subterfugit arbitratus "rescissis grammatici experientis vires in compingendo versu nugis sententiam sic sese expedire: Idem tum tristes acuebat parvulus iras Junonis magnae: viola verat inscia sedem", Scaligeri haec est ratio: Junonis magnae (cujus perjuria, Divae, Olim se meminisse diu perjura puellae Non ulli liceat) violaverat inscia sedem." Heinsii: Junonis magnae, cujus fera jurgia (vel per ludicra) divae O (vel hoc) nolim meminisse (vel Nolim te meminisse tui) jurare (vel temerare) puellae Non ulli lice at (vel licitum). Barthii, quem omnes neglexerunt, Stat. Theb. V. 565 p. 267 : periuria Junonis sunt per illam facta. "Silligii: cujus perjuria divae Olim si meminere, diu perjura puellae Non ulli liceat, violaverat iuscia sedem." Ribbeckii: cujus perjuria divae Olim di meminere, ut jam perjura puellae Nulli non liceant, v. i. s.". Kochii: cujus p. d. O nimium memoris precibus placare puellae Non ulli liceat". Schwabii: Junonis magnae (cujus p. d. Sic Musae meminere, ut perjurare puellae Nunc nulli libeat) v. i. s. Baehrensii cum Hauptio fere consentientis: cujus fera jurgia divae Olim ipsae metuere eheu peritura puella Nulli non sanctam v. i. s." Quas rationes qui inierunt ipsi judicandi sunt funditus convellisse ea re, quod quum perjurii nullam omnino causam patere una voce fateantur — nihil enim valet Hevnii et Silligii opinatio, quam perstringemus adnot. v. 154 —, eam tamen mentionem (v. 139. 140. 155. 156) mordicus tenent; sic enim olim Scaliger: Scylla nescio quid perperam jurando Junonis iram in se provocavit," sic nuper Schwabius p. 14: hic locus, quo difficilior in hoc carmine non legitur, a nullodum editore bene emendatus et enarratus. Equi-

dem hanc fere sententiam in parenthesi illa latere dubitanter conicio: poetae musarum interpretes de perjurio, quo Scylla Junonem violaverat sic, ut nunc significabo, narrant eo consilio, ut puellas a pejerando deterreant, quae nescio an poeta ita fere exprimere voluerit: cujus perjuria divae Sic musae meminere, ut perjurare nunc nulli libeat -. Scylla igitur, ut narrari solebat 140, cum Junonis templum incertum qua ratione violasset 141. 154, jurejurando quodam 139. 140. 155. 156, quod tamen perjurium fuit, a culpa commissa se liberare frustra conata est." Quo initio male posito hoc fuit consequens, ut alius alio longius a vero aberraret atque adeo inenarrabili Scyllae perjurio Junonis jurgia subnecterentur ineptissime. Nec vero res, quae ad notitiam maxime pertinet, ita abdita est, ut lateat. Namque subtiliore contemplatione rimanti, quae veterum fabularum extant vestigia, hoc emergit Junonis sacra hic indicari, qualia refert Pausanias II. 38, 2: ἐν Ναυπλία πηγή Κάναθος καλουμένη. "Ενθα τήν 'Ηραν φασίν' Αργεῖοι κατά έτος λουμένην παρθένον γενέσθαι ούτος μέν δή σφισιν έκ τελέτης, ην άγουσι τη "Ηρα, λόγος των απορρήτων εστίν cf. Lob. Aglaoph. p. 90 et V. 16, 2: δια πέμπτου δε υφαίνουσιν έτους τῆ Ἡοᾳ πέπλον αί τξ καὶ δέκα γυναῖκες · αί δὲ αὐταὶ τιθέασικαὶ ἀγ ιον α Ἡοαῖα. ὁ δὲ ἀγιὸν ἄμιλλα δοόμου παρθένοις - θέουσι δε ούτω· καθείται σφισιν ή κόμη, χιτών δλίγον ύπερ γόνατος καθήκει. τὸν ώμον ἄχοι τοῦ στήθους φαίνουσι τὸν δέξιόν — εἰσὶ δέ καὶ διακονούμεναι έκκαίδεκα κατά ταὐτά ταῖς ἀγωνοθετούσαις γυναῖκες cf. 4. Π. 24, 2: τὸ στάδιον, ἐν ῷ τὸν ἀγᾶνα τῷ Νεμείω Δίὶ καὶ τὰ Ἡραῖα ἄγουσω. Unde facili conjectura colligitur indicari hoc carmine Junonis, quae Τελεία diceretur, festum a solis matribus (v. 143) ita celebrari solitum, ut sacris peractis puellarum (v. 143) ludicrum fieret. Quid, quod propter illa verba: Divae — meminere suspicari subit Callimachi doctrina, ut paulo inferius dicetur, hic quoque usum Ciris scriptorem spectasse ad id festum, quod proprio nomine 'Η ο όχια appellatum fuisse statuimus Theb. Parad. p. 456? haec enim apud Hesychium p. 1656 leguntur: Ἡοόχια· τὰ θεοδαίσια, οἱ δὲ ἑοοτὴν, οἱ δὲ ἔοια, quae nec a Lobeckio Aglaoph. p. 596 nec a Bergkio Progr. Hal. 1868 p. VII sq. aut O. Schneidero pertractata dubito an sic sint reficienda: Ἡρόχια — οἱ δὲ ὄργια (cf. adnot. Cir. v. 307). Ergo per celebres ludos, quos Junonis festum habuit (Ovid. Am. III. 13, 4), accidit, ut puella lasciviens (v. 141) pila longius projecta (v. 149) et sacrarium deae solis matronis concessum (v. 141. 154 sq.) intraret et eximiam membrorum formositatem patefaceret (v. 144 sqq. 157). Ex quo juvenilis imprudentiae peccato tria, quibus tota Scyllae causa continetur, apparent et extant: jus templi violatum, (v. 154 sq.), Junonis invidia et pellicatus futuri suspicio concitata (v. 157), Amoris occasio cuilibet puellarum ad Veneris jura adhuc rudium lasciviae, ut assolet, adjuncta (v. 158 sq.: sic enim eum versum perpolivimus: cui semper ad ulciscendum Quaeritur ex omni votorum incuria coetu.") Quae singula deinceps enotata comprobabinus; nunc illud caput est, ut primum ex versu 139 perjuria tollantur, sufficiantur voces per ludicra (cf. adnot. v. 150. 156. 159), quae quanti faciendae essent nec ipse, qui sine ulla affirmatione dubitanter protulerat, Heinsius sensit nec qui indigno silentio Heinsii nomen obruit, Baehrensius — saepe enim et litterae id superscripta et 1 inter se permixtae sunt (Manil. V. 155 jactant. Voss. 2. Lips. lactant. Conject. Stat. XI p. 199. Luetjoann. Comm. Prop. p. 12) et syllaba di vel littera d superscripta, ut dictum est adnot. Cir. v. 87, intercidit: lucra: jura —; deinde in versu 139 illa: meminere — perjura " in hanc speciem reformentur: meminere -- pia jura; consimiliter enim et scribendo variatum est infra v. 156 per: pia. Quintil. Decl. CCCV p. 590 pio furto. Aerod. pro. Mamertin. Genethl. 7, 1 pio gaudio. Guelph. Voss. pro. Stat. Theb. XI. 165: et pia jura regentem. codd. Barth. proelia jure" et dictum legitur jura piasses v. 155, ut Senec. Med. 614: temerata

una

ric.

lig.

ui)

bb.

Ar.

er-

lli

quo a m

hn.

va

ita

70-

ıla

30-

su

e:

a,

cia

(c)

lli

ia

el-

i-

m

d.

sii

1-

ın-

ur

en

id

us,

ui-

C

ponti jura piavit. Valer. Flacc. VIII. 401: Quamquam jura deum - dulcisque movent primordia taedae." Dracont. Hexaem. 379: qui jura dei calcando profanant. Senec. Hipp. 417: In jura Veneris redeat." Ovid. Met. IX. 499. cf. Burm. Valer. Flacc. VI. 125 p. 506. Cort. Lucan. VI. 139 p. 27. adnot. Cir. v. 156; pia jura autem, ut v. 335 et Aetn. v. 149, quem locum nuper sic correximus: Nam quo liberior quoque est animosior impes (Asper enim in clauso nec ventus segnior irae est sub terra penitus remanens), pia jura necesse est Victa magis solvat, magis hoc obstantia pellat", et Sil. VII. 406: magno te jure pio que Dictator capere arma veto. Stat. l. d. Tertullian. adv. Marc. III p. 271 A: solvit pia jura parentis." Paulin. Vit. Martin. III. 81: pia jura reportans — Moses. Prudent. c. Symm. II. 341: pietatis jura reformat." cf. Heins. Ovid. Met. VIII. 499 p. 592. Fast. VI. 590 p. 416. In qua re hoc addere licet Baehrensium, qui ad deterioris, ut ipse judicat, libri errorem se applicavit (qui error multifariam deprehenditur Claudian. Ruf. I. 223 perituro. Med. quart. perjuro. Burm. Prop. III. 1, 32 p. 488. Hildebr. Apul. Met. XI p. 806), de Eleg. ad Messall. versu 51 his: perjurae milia gentis Wernsdorfius inepte" sinistre pronuntiasse, quod nec alia legisset nec Alcimum Avitum V p. 408. A: Sponte sua current periturae milia gentis" cf. p. 414. B: superant dum milia nostrae Gentis adhuc." Sil. IX. 19. Merobaud. Paneg. v. 20. Verum refero me ad ordinem: nondum enim versus 140 perpurgatus est. Quae enim vox satis firmam vitii suspicionem habet: diu, ea nullo fere negotio ad Valerii Flacci aliorumque, quos supra commemoravimus, exemplum hoc, quem suppeditat Claudianus B. Get. 624: spoliisque d'iu quaesita supellex. Pat. deum cf. Mall. Theod. 73 deum. Vat. diem. Ruf. I. 63: diem. Vatic. pr. deum. Martial. I. 76, 6 deos. Wolfenbb. dies, modo exigitur: deum pia jura;" a quo quidem modo longius distat altera corrigendi ratio: adyti, ad cujus patrocinium praetexi videtur posse librorum varietas et Catulli 36, 17 turis. Dat titris cf. Drak. Liv. I. 29, 5 et Ovidii Fast. IV. 268 Voss. Bav. sec. Gotting. Guelph. VI. 432 Lond. Bern. a ditis. Lachm. Lucret. I. 737 p. 49, ut adyti jura sic dicantur, ut ab Ovidio Met. V. 426: fontis jura — contempta" cf. A. A. II. 42 naturae jura novanda meae." Claudiani Epigr. 18, 5: Jura poli — legesque deorum." Senecae Med. 614: ponti jura, alia multa. Inde pergimus ad edisserendum, quae divae intelligantur. Etillis quidem verbis: Divae — meminere — pia jura sic interpositis, ut ab ipso Callimacho fr. 252 p. 490 haec: ὡς ὁ γέγειος ἔχει λόγος (cf. Virg., quem praeteriit Baehrensius p. 187., Aen. VII. 645. IX. 525: Et meministis enim, divae —, et memorare potestis." Cerd. I. 12 p. 6 B. add. Georg. III. 90: quorum Graji meminere poetae, Martis equi bijuges." Auson. Idyll. VI. 1: Aëris in campis, memorat quos Musa Maronis), non obscure significatur ipsum illud carmen, quo Junonis sacra a Megarensibus coli solita Callimachum complexum fuisse supra conjectavimus, dico ejus Αἴτια (περὶ ἀγώνων Ι. Schneid. p. 48 sq.). Iam vero vix dubium videtur, quin hoc quoque in loco graecum aliquod nomen delitescat per recordationem, si diis placet, Virg. Aen. I. 203: et haec olim meminisse juvabit" foede detortum. Quale est hoc, quod perpetuam litterarum li et n permutationem reminiscenti (adnot. Stat. Ecl. Ult. p. 24. 37) primo succurrit: Mnemonides aut Aonides (cf. Ovid. Fast. I. 490. Aonia. cod. Merk. p. 29 aeolia): utrumque enim simile et par est versui 94: divae Pierides.* Verum brevi post dilucere id, quod



^{*)} Nomen Mnemonides post Heinsium Ovid. Met. V. 268 p. 336 et Adv. II. 17 p. 350 sq. nos firmavimus Electt. e Lactantiji in Stat. Theb. commentariis (Progr. Friedl. 1864) p. 19, ubi hanc Lactantii memoriam e codice Monacensi petitam primi protulimus: Musae — secundum quosdam filiae Mnemones, unde etiam dicuntur Mnemonides, "quod nomen in v. 190 usurpare: Mnemonisin Hauptio quidem satius fuerat, quam

verum erat, coepit: quid enim ad persuasionem magis apposite dici potest, quam hoc: in eam, quam cernimus, speciem: olim se litteras vertisse ab initio sic consignatas olim ce, has ipsas autem quamvis eo damno, de quo dicemus adnot. v. 397, affectas tamen aperte fateri involutum nomen Callimachi (Καλλιμ. Bast. Comm. Pal. p. 817. Καλιμάχο Villois. Anecd. II p. 125 not.): nihil enim pervagatius est errore librariorum litteras ce et a (Schwab. Catull. p. XXIII. Conject. Stat. VII p. 183) permutantium atque litteram h detrahentium ei nominum generi, de quo est Ischomache Prop. II. 1, 61. Askew. Burm. Histomace. Andromache Martial. III. 76, 4. Put. Voss. Andromacen cf. Villois. l. d. Theb. Parad. p. 463 sq. add. Claudian. IV. C. Hon. 421 alni. Vatic. Rott. Oisel. oli m. Sec. C. Stil. 48 alt um. Vaticc. Pal. Farn. oli m. Nec dubie jam emergit ad rei narrandae testimonium Callimachum hoc modo vocatum fuisse: Divae Callimachi meminere deum pia jura, quo quidem modo ipsius Callimachi locum Del. 82: Ἑλικῶνος ἐμαὶ θεαί· εἴπατε, Μοῦσαι (cf. Schneid. Excurs. p. 273. adnot. Cir. v. 10. Schrad. Animadv. ad Mus. I p. 122) poeta videtur insigni similitudine exscripsisse. Quamquam fortasse non deerunt. qui haec scribi malint: divae, Callimache, haec meminere tuae pia jura" cf. Claudian. III C. Hon. 2. duas. Medic. 3. tuas Vatt. Rott. Ois. Calpurn. Ecl. III. 3 duas horas. Pal. tuas. Stat. Theb. VII. 173: tuos. al. deos. adnot. Ecl. Ult. 76 p. 122.

Denique liquet frustra laborasse eos, quos fugisset haec demum sana esse : (sedem) puellae non ulli licitam" (cf. Manil. I. 113: non ullis. Lips. Voss. Cus. non nullis. III. 532 non ulli. codd. nonnulli. Cort. Lucan. V. 111. p. 582. Cir. v. 154: Non umquam. Ar. Non numquam), quae accurate cum versu 154 sq. congruere suo loco dicemus. Postremo non omittendum est versus 142 grammaticam rationem interpretes omnes curae sibi parum habuisse. Quum enim de tribus, quas Scaliger exprompserat, sententiis hanc: nondum sacra ab antistita Patrata, ut nisi patratis et confectis sacris Scyllae pila ludere fas fuerit, intelligit" elegerit Heynius, ut tamen "quae in ea sententia violatae religionis caussa lateret, se non assequi" fateretur, neque aliter statuant Ribbeckius et Schwabius (vid. adnot. v. 149), qui "sacrificio nondum perfecto Scyllam pila ludere coepisse" scribunt, nemo haec narrari perspexit: puellam sacris operantem juvenili lasciviae adeo indulsisse, ut longius a matrum et comitum caterva digressa non suo tempore luderet, ludens sacrarium solis matribus concessum intraret (vid. adnot. v. 155). Scilicet agnoscendus contestandusque fuit is participii usus, qui cernitur in loco Gratii Cyn. 42: Vix operata suo sacra ad Bubastia lino Velatur sonipes festivi turba Canopi." Virgilii Georg. I. 339 cf. Voss. p. 158: Sacra refer Cereri laetis operatus in herbis." Tibulli II. 1, 65: aliqua assiduae textis operata Minervae Cantat et applauso Sola sonat latere" et iis, quos scite contulit Oudendorpius Jul. Obseq. 71 p. 58. Accedant haec verba: moderatus Stat. Silv. IV. 7, 47. reluctatus Claudian. R. Pros. I. 42. solatus Virg. Georg. I. 293, quibus allatis nuper Manilii versum V. 546 sic emaculavimus: Hic Hammon superat: solata en publica damna Privatis lacrimaus ornatur victima poenae." Quod superest: quamvis scribendi vitium temere omissa litterae m nota subnatum viderem etiam v. 151 pallam. LAr. m. sec. palla. v. 53 excisam — urbem. RHA excisa — urbe. v. 54 illam magni. RHAr illa nec lateret Lucretii exemplum I. 72: Ergo vivida vis animi pervicit et extra Processit longe

Mnemosyne. Iidem eodem tempore in Suetonianis nostris (Progr. ad Gustavum Horn miss.) vulgavimus Lactantii argumentum sive commentariorum Lactantii prooemium, quod mentionem habet Ausonii Caes. 11, 12 (adnot. Stat. Ecl. Ult. 76. p. 123) et Romanae historiae (Progr. p. 6. sqq. add. Comm. Lucan. V. 577. p. 178, 18. VII. 470 p. 240, 21. II. 367 p. 73, 42).



ri-

17:

ort.

em

in

ta

tor

S. "

a-

re

ul

m.

is:

nec

B:

ım

am

IOS

iu

ic.

uo

le-

st.

ut

u-

ae

nr.

ho

II.

В.

1:

en,

us,

10-

I.

te-

it:

m-

od

ir-

10-

am

am

p

Vi

3

1.

R

et

B

S

fe

N

in

m

In

H

H

flammantia moenia mundi, cautius duxi librorum omnium consensui hoc dari, ut voces extra catervam nimio intervallo distantes secernerentur, voci longe subnecteretur vox a: longe a matrum comitumqua caterva, ut apud Lucanum est VIII. 580 in Hamb. 4 longe que litorum. codd. plur. longe que e litore. Guelph. 2. 12. Hamb. 1. Vatic. 4 longe que a litore cf. Cort. p. 358 et I. 534 p. 140. Ceterum conferre attinet Virgilii versum Aen. XI. 478: summasque ad Palladis arces Subvehitur magna matrum regina caterva Dona ferens juxtaque comes Lavinia virgo.

V. 149.

Cum lapsa e manibus fugit pila quoque relapsa est, Procurrit virgo.

lapse manibus RHArA. lapsa e manibus L. vulg. vas e manibus fudit pila Baehr. pyla R. cumque relapse RH. relapsae Ar. α vett. edd. relapsa ε Junt. Ald. 1527 (relabsa). Scalig. Burm. Heyn. Jahn. Sillig. relaxe (ss litterae x superscr. m. ead.) L. relaxe A. relapsa est Heins. Schwab. elapsa est Ribb. ea lapsa est Maehly. Baehr. quoque relapsa est N.

Quaecunque de hoc loco propositae sunt sententiae vel conjecturae, veri non modo speciem aliquam certam, sed ne similitudinem quidem prae se ferunt atque adeo cum grammaticorum praeceptis discrepant. Recenseam singulos: hoc enim erit pro refutatione. Heynius igitur Silligiusque, quod a plerisque proditum est: cumque relapsa, id ajunt recte se habere scil. pila procurrit virgo", Heinsius maluit: cumque relapsa est, contra Ribbeckius consectatus numeros sanequam mirabiles: cumque elapsa est", quem Schwabius p. 10 Heinsio assensus hac argumentatione convincit: etiamsi a metrica ratione discessimus, sententia, quam Ribbeckii conjectura praebet, valde languida est: nondum sacrificium peractum fuit, cum pila e manibus Scyllae elapsa est, cumque elapsa est, procurrit Scylla. Potius haec est sententia: sacrificio nondum perfecto Scylla ludere coepit. Primum pila manu pulsa sursum lapsa est (poetae ante oculos fuit Virgilianus locus Aen. III. 240: sub sidera lapsae), deinde — Heinsius id, quod librorum scripturis commendatur: cumque relapsa est, recte reposuit - pilam deorsum relapsam ut manibus exciperet Scylla vehementer procurrit: quo motu vestis Scyllae soluta est." Post hos Baehrensius ore magna sonanti ita loqui ingressus est p. 32: Gaudeo, quod vitium gravissimum — nunc tandem auferre mihi contigit. Cum ad vv. 129 — 162 recte intellegendos omnia pendeant e v. 147 sqq., jam olim dissertationis meae p. 841 horum verborum depravationem significavi. Nam neque pilae lusus per se erat crimen atrox neque ad eum v. 154 violata manu sacraria divae potest spectare. Nimirum hic quoque Italorum figmenta blanda nimis creduli accepimus. Ex eis autem, quae libri fide digni dant: cum lapse manibus fugit pila, plausuris, ut puto, omnibus elicui: cum vas e manibus (scil. sacerdotis) fudit pila: ecce justam turbatorum sacrorum causam." Quae omnia non modo opinabilia, sed et re et verbis falsa sunt. Vel quod res, quae per se ipsa incredibilis relatu est: vas quoddam rei divinae faciendae aptum e manibus sacerdotis nondum sacris operari ingressae pila a Scylla imprudenter projecta vehementiore ictu expulit et cum ea pila lapsa esset, virgo procurrit", nullo pacto fieri potuit ut circumscriberetur et hac paucitate verborum et hoc delectu atque ordine: vas e manibus pila fundit cumque ea lapsa est, procurrit virgo." Sed nolumus longiores hoc loco esse, quam necesse est. Ex quo enim ipsis veteris fraudis cubilibus v. 139. 155 exploratius indagatis habere visi sumus, quod de causa juris divini turbati et irae ab Junone conceptae liqueret, nulla relicta est dubitatio, quin quod docti homines

parum attenderunt in ejusmodi locis recte poni, qualis est Lucani IV. 459: Restituit raptus tectum mare cumque cavernae Evomuere fretum, contorti verticis undae Tauromenitanae vincunt fervore Charybdim", id hic insederit eo errore, de quo dixit Drakenborchius Liv. XXIV. 34, 16. Quo posito hoc narrari perspicuum est: quo pila per lasciviam projecta (v. 142. 158 sq.) relapsa est, eo procurrit virgo", relapsa pila autem (ut apud Ciceronem est de Divin. 1. 54: in agro ambulanti ramulum adductum ut remissus esset, in oculum suum recidisse. Senec. Hipp. 1223) prono decursu praeceps acta est (Catull. 65, 23) in sacrarium sive templi recessum puellae nulli licitum. Pilam quidem in ludis virgineis (Dempst. Claudian. R. Pros. III. 162 p. 617) semper praecipuo honore habitam esse docent Homerus Od. VI. 100 et Ovidius A. A. III. 383. Met. X. 259, quem testem dederunt Dempsterus Paralip. V. 1 p. 683. B et Lobeckius Aglaoph. p. 701 cf. Scalig. h. l. Boettig. Amalth. I. p. 27 sq., quem memoravit Silligius p. 228. Nec jam non attinet recolere cum hoc, quod Lobeckius l. d. pronuntiavit: fere omnes dies festi ludum et lasciviam ostentabant eratque illa communis opinio, quam Martialis profitetur 8, 48: Exhilarant ipsos gaudia nostra deos", tum hoc, quod Dempsterus l. d. p. 678 A. scripsit: in templis ludere consuetum." Quam rem ob eam causam, quae infra v. 157 aperietur, confirmari conveniens est testimonio Nigidii ap. Schol. Germanic. p. 135, 9. Rutgers. Var. Lectt. III. 16 p. 278: Europam inter aequales suas ludentem in templo Aesculapii conspexit", quod attulimus in libello (Progr. Hal. 1870) ad Erfurtenses misso, quo post disputationem Quaest. de Lucani Carm. Reliqq. Progr. Friedl. 1860 inchoatam de Lucani Orpheo sic absolvimus, ut ab Hauptio dissentientes negaremus Servii locum Aen. VI. 392 ei, carmini referendum esse, addi juberemus et ejusdem locum Aen. VI. 19 et scriptoris de Belluis III. 3 verba in hunc fere modum reconcinnata: Praecipitem fugientem in ripa fluminis alta Praecinctum diro (Vallatum multo) angue caput pede trita necavit Et secum tractam demersit gurgitem in imum" et Gaudentii locos Schol. Bern. Georg. I. 8 et IV. 493.

V. 154-157.

Non unquam violata nuru sacraria divae Intrando infelix nequidquam jura piasses. Sed si quis nocuisse tibi pia ludicra credat, Cassa fides: timuit fratri te ostendere Juno.

V. 154 numquam Ar. unquam RH vulg. manus RHAr. manu L. vulg. nuru N. sacraria haberes A. — V. 155. jurando omnes. jurando, infelix, Ribb. urendo Sillig. Puetz. p. 13. infanda Koch. p. 4. Infelix ne quid jurando jure Heins. juranda — jura Schrad. Juranda infelix aut unquam jura Heyn. Intrando N. nequicquam RHArLsa Baehr. nequidquam Scalig. Burm. Jahn. Sillig. nequiquam Ribb. jure Heins. thura Sillig. sera Koch. — V. 156. Et omnes. At Ribb. Sed Schwab. et N. set Baehr. nocuisset ibi H. nocuisset tibi R. perjuria omnes. pia ludicra N. — V. 157. Causa pia est omnes. "Sontica causa est emendavit V. D. in schedis Wolf. Non video qua metri cura" Heyn. causa alia est Schwab. p. 15, de quo non commemoravit Baehrensius, qui Maehlyo hoc vindicat, ipse palam conjecit. Cassa fides N. fratri se ostendere, Juno Ribb. Mus. Rhen. XVIII. 1. p. 117 et edit. vino R (ut Thuan. Martial. IX. 65, 13).

Jam invadendum est in arcem errorum, quibus docti ducuntur omnes. Etenim postquam Scaliger aperte atque ingenue hoc confessus est v. 138: Scylla nescio quid perperam jurando Junonis iram in se provocavit", Heynius idcirco, quod "sensum idoneum nemo facile ex versibus 139—141 extundere posse" videretur, judicavit "assutum esse pannum ex gram-

ra

m.

ad

es

n -

ea

do

2-

118

re

io

m

e

a:

est

n-

m

ae

te

r-

m

m

se

s)

ed

1-

ae

t,

is

ti

es

matici — nugis in margine adscriptis" (p. 227 Sill.), versibus 154 sq. autem hoc referri: Scyllam penetrale ingressam frustra postea jurasse se manu res sacras non contrectasse" (p. 229), tenuitque id diligenter Silligius p. 229: manu violatum sacrarium Junonis dicit poeta respiciens ad v. 149: lapsa e manibus fugit pila" et v. 156 p. 230: perjurium illud sine dubio dixit poeta, quod Scylla promissis non steterat rite et decore templum intrare[!]", tenuit etiam Schwabius p. 14: Scylla — cum Junonis templum incertum qua ratione violasset 141. 154, jurejurando quodam 139. 140. 155. 156, quod tamen perjurium fuit, a culpa commissa se liberare frustra conata est" cf. p. 15: Pejeravit igitur Scylla." Quid ergo? placetne de grammaticorum vel monachorum, quos rerum difficultatibus praepedita loqui solet magna pars eorum, qui hodie artem criticam factitant, prava sedulitate tam incredibilia comminisci? An quisquam sanus et rectae doctrinae, qua Heinsius eminet et si quis alius carminum pangendorum peritior extitit, studiosus credat ea ab indoctis hominibus adscripta esse, quae vel leviter adspecta absurda plane esse et procul a scriptoris proposito sejuncta viderentur? Ita enim destinati opusculi forma tulit, ut per lascivientis puellae ludum accidisse narraretur, ea ut pila longius prolapsa potitura tam praecipiti cursu proriperetur, ut simul et sacrarium deae puellis non licitum intraret et perdita vestis fibula corporis pulchritudinem imprudens denudaret: hinc Junoni causa et irae et invidiae, hinc Amori occasio arcus tractandi (cf. adnot. v. 140. 156 sqq.). Unde primum illud, quod adnot. v. 158 pluribus confirmabitur, non dubie emergit atque apparet: eo ipso opinionis errore, in quo nunc et Hauptium Schwabiumque et Baehrensium versari videnus, olim factum esse, ut nonnulli ad recordationem Catulli 64, 147; simul ac cupidae mentis satiata libido est, Dicta nihil metuere, nihil perjuria curant", fortasse etiam Ausonii Technop, de Diis p. 481: Quaeque piat divum perjuria" delapsi primum facerent perjuria, quae erant pia ludicra vv. 149. 156, perjura v. 150, quae pia jura (ut dictum est v. 139), deinde v. 155 jurando, quod intrando, praeterea v. 159 ludo vel co etui subrogarent dictum. Nec magis jam hoc latet eandem rem, quam vv. 140. 141 memoratam invenimus: sedem nulli puellae licitam, v. 154 in hunc modum (cf. Conj. Stat. p. 206. Sevff. Cic. Tusc. p. 24.) perscriptam fuisse: Non unquam violata nuru sacraria divae". Et vocis nurus quidem usus probatur exemplis Virgilii Aen. XI. 215: Hic matres miseraeque nurus. Ovidii Met. XII. 216 matrum nuruumque. Valerii Flacci VIII. 141: omnes aliae matresque nurusque Colchides. Statii Theb. V. 200: vigilant nuptaeque nurusque. Vet. Schol. p. 122: nurus dicit virgines." Coripp. Jo. V. 109. Carm. ad Liv. Aug. 204. aliorum ap. Barth. Stat. l. d. p. 122. Web. Schol. Lucan. V. 307 p. 362 not. g. Conject. Stat. c. XIV. p. 216; ipsa restitutio libris cum multorum scriptorum, quos Burmannus Ovid. Trist. II. 303 p. 522 et Claudian. Ruf. II. 64 p. 71 commemoravit, tum Martialis X. 6. 4: Latia culta fenestra nuru. Pal. Grut. manu; singularis autem numerus iis exemplis, quae exprompsimus Em. Horat. LXVII. p. 131 cf. Paul. Diac. Exc. p. 61: lictor in quibusdam sacris clamitabat: virgo exesto. Hor. Carm. III. 30, 7. Catull. 64, 23 mater. Denique hoc intelligi necesse est: nihil hic valere interpretationem Scaligeri: piaculum commisisses, piaculo te obstrinxisses" vel Burmanni Prop. III. 17, 17 cf. I. 1, 20 p. 15 ("in Propertii versu: iram natorum caede piavit amor piavit est piaculo satiavit iram. Auctor Ciris: Jurando i. nequidquam j. p.") et, ut reliquos praeteream, Silligii emendationem, quam ingeniosam vocat Puetzius, sed hunc esse sententiarum ordinem: si omnia, quae cursum morari possent, obtutui obvia semper haebres, non futurum fuerat, ut sacrarium, quod a nulla unquam puella violatum esset,

TEXTAGE FER TO TEXT A SECURITY OF THE SECURITY

intrando infelix facta temeratam loci religionem diro exitu piares." Sic enim illa verba: jura piasses (quae olim secus explicavimus Anal. Prop. X. p. 65 freti auctoritate Servii Aen. II. 140. Nonii Marc. p. 370, 1. Gloss. Labb. p. 138. 88. Ison. Prudent. Cathem. VII. 73) posita sunt, ut a Livio IX. 1, 4: foederis expiationem spretam" id est foederis rupti expiationem (cf. Cort. Lucan. IV. 508 p. 507) et a Propertio IV. 1, 50, ut nobis quamvis invito Krahnero Philol. XXVII. 1 p. 75 visum est Anal. p. 62: dixit jura pianda Remo" id est jura violata Remi piari jussit" (quibus similia plurima possent addi, si rem ab Vossio Valer. Flacc. I. 244 p. 57. Davisio Caes. B. G. I. 46, 3 p. 74 et VII. 48, 3 p. 505, aliis inchoatam exsequi opus esset), et ab iis, qui pressius et adstrictius dicere noluerunt, Seneca Med. 614: Exitu diro temerata ponti Jura piavit." Boeth. Cons. Phil. IV. Metr. VII. 3: Atrides Phrygiae ruinis Fratris amissos thalamos piavit" cf. Prop. IV. 9, 55: Interdicta viris metuenda lege piatur — ara"; illa autem verba: sacrarium (Lob. Aglaoph. p. 59. 1238) vel etiam cubiculum (Oud. Jul. Obseq. 106 p. 151) intrando, ut Sil. XI. 255: Templorum intrati postes. Stat. Theb. VII. 578, Drak. Liv. Epit. XXXI. CIII. Denique de vitii genere satis est hoc attulisse: saepius litteram t temere modo omissam, modo additam fuisse, ut et juratus pro intratus, ut Martial. IX. 43, 9 juraverat Hannibal. Hannov. intraverat cf. Claudian. Epigr. 42, 2 Luc. Put. juret. Bonon. incret, patratus pro paratus Drak. Liv. II. 26, 4. tecum pro tectum, ut dicetur Sulpic. Fabell. 3, scriptum inveniretur et revertens pro reverens Seyff. Cic. Tusc. IV. 13, 29 p. 79 avita in Puteano Stat. Achill. I. 462 pro avia. add. Cir. v. 49: suvium: subitum. adnot. v. 262: lateat: latitat. Jam versus extremi sententiam, quam certe aliqua ex parte rectius reliquis Schwabius p. 15 his definivit: Unus scrupulus restat: si Juno sollicitudine amoris furiosa stimulata Scyllam perdidit, quomodo Scylla dici potest causa pia perisse? At facile huic incommodo medemur ita emendantes: Causa alia est", vel propter litteras p et f crebro permixtas (vid. adnot. v. 168) ac librariorum levitatem litteram d stilo transmittendi (adnot. v. 87) certiore ratione, quae eadem ab omni vilitate sejuncta est, videmur restituere hac, ut postquam perjuria in pia ludicra convertimus. caussa pia est (quod ex Ovidii Fast. III. 629. 252. Her. VIII. 20. Met. VI. 496. Sabin. Ep. II. 106 fluxit) fiat cassa fides: Sed si quis nocuisse tibi pia ludicra credat, Cassa fides", ut est apud Silium III. 17: Vulgatum (nec cassa fides) ab origine fani Impositas durare trabes" cf. Heins. I. 481 p. 43 et, nisi Heinsius fallit, Lucan. IX. 246, et Symmachum Ep. I. 9: credo plane, nec fides cassa est, rhetorum hanc esse prosapiam. 31: cassa fide sunt, qui jugiter blandiuntur." Juret. p. 33 atque Virgilium Aen. IV. 12: Credo equidem (nec vana fides) genus esse deorum. Valer. Flacc. II. 167. V. 75. Stat. Theb. XI. 215 cf. VII. 578: ipsumque fides intrasse Lyaeum." Probabiliter autem hanc vocem conjectatam esse indicio est et Lucani versus IX. 246: Clausa fides miseris. codd. Cort. p. 422: classe, caussa. Heins. cassa (cf. Carm. ad Pison. 204: Clausaque dejecto populetur moenia vallo", quae correctione ex Ovid. Rem. A. 446: Cassaque seducto stipite flamma perit" ducta meliora fieri videntur, ut dejecto vallo cassa facta moenia intelligantur) et vox casus modo cum voce cassus Heins. Adv. I. 5 p. 54. Cort. Lucan. II. 263 p. 231 cod. Mazar. Ovid. Fast. VI. 400, modo cum voce causa Drak. Liv. XXXVIII. 53, 10 commutata. Quid jam dicam de Silligii v. 133 p. 226 judicio (quod Baehrensius praeteriit): certe post v. 156 tam durus sive potius nullus est transitus, ut nisi quaedam per librariorum socordiam excidisse sumas, poeta — ut inepte brevis tibi sit arguendus" et de Ribbeckii opinatione: se ostendere scripsi. — post hunc



ri:

C-

nis

m

ım

ua

r-

ur

us

ate

et

us

eta

sse

et

m-

ndi

ur,

m-

lli

ia

a "

50,

m

m

ru

Cic

Π.

p-

m.

ot.

r-

lis

18,

m

oc

10

m

d-

et-

ia

et,

